



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guida per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

1393

334



Robt. W. Beverley

870.2

G167v

Galletti, Pietro Luigi

INSCRIPTIONES
VENETAE

INFIMI AEVI

ROMAE EXTANTES

COLLECTAE

A D. PETRO ALOYSIO GALLETTIO

ROMANO

MONACHO CASINENSIS.



ROMAE MDCCLVII.

TYPIS JO. GENEROSI SALOMONI BIBLIOPOLAE
PRAESIDUM FACULTATE.



PETRO ANDREAE CAPPELLO
PETRI HIERONYMI SENATORIS AMPLISSIMI F.
EQVITI PATRICIO VENETO
VIRO MAIORVM GLORIA
PROPRIISQVE VIRTVTIBVS CLARISSIMO

POST
LEGATIONES HISPANIENSEM GERMANICAM ET BRITANNICAM
PRO SERENISSIMA VENETORVM REPUBLICA
EXIMIA CONSILII AC FORTITVDINIS LAVDE
GESTAS

AD BENEDICTUM XIII. P. O. M.

DIFFICILLIMIS TEMPORIBVS
ITERVM ORATORI
QVOD
ERGA BONAS ARTES
CVLTVM FAVOREM BENEVOLENTIAM
SEMPER TESTATVS SIT
ET SVMMORVM VIRORVM

THOMAE CONTARENI ET HIERONYMI IVSTINIANI
PRO PATRIA AD S. SEDEM LEGATORVM
TVMVLOS PENE DISTRACTOS

QVVM S. MARCI ROMANVM TEMPLVM INSTAVRARETVR
AB INTERITV VINDICAVERT

PETRVS ALOYSIVS GALLETTIVS ROMANVS
CONGREGATIONIS CASINENSIS
MONACHVS ET SACERDOS
PVBLCVM OBSEQVII TESTIMONIVM
FAVTORI EGREGIO MVNIFICO

D.

ANNO MDCCCLVII.
IPSO FELICI FAVSTOQVE DIE

NATALIS S. P. N. BENEDICTI

Latin
Grant
5-3-29
19374

PRAELOQUIUM.



ACCIPE in hoc volumine, benevole lector, nostrae ROMANARUM inscriptionum collectionis primitias in specimen aliorum voluminum, quae subinde, iuvante DEO, subsequuntur, ut cuilibet nationi majorum suorum, qui in AETERNA URBE praestantissimis saepe functi muneribus diem obierunt extremum, monumenta ab injuria temporum vindicata, & in unum collecta prae manibus esse possint.

Causa quae me potissimum impulit ad opus hoc arduum certe atque difficile adgrediendum, ea fuit, quod a teneris annis in iis perscrutandis legendisque versatus, meis ipsis oculis viderim, & animo non sine indignatione quadam adverterim, quantam perniciem eis attulerit non solum temporis edacitas, sed etiam hominum negligentia, atque barbaries. Ita enim nonnulla marmora tempore attrita occurrunt, ut nedum nonnullae literae, sed & integrae lineae interdum perierint. Praeterea minus cordati homines vel contemnentes, vel irridentes veneranda haec praeteritorum temporum testimonia, cum Urbis templa restaurantur, nullo negotio ipsa distrahant, atque in quemvis usum sine ullo discrimine dispergunt. Quos & quantos inscriptos lapides anno MDCCXL. cum primum huic labori manum admovi, in ecclesiis S. Apollinaris, S. Gregorii ad Clivum Scauri, S. Mariae de Horto aliisque extabant, quaeque studiose, diligenterque adservari debebant, nunc tamen frustra requiruntur? Optandum profecto maxime esset, ut providentissimus aequae ac sapientissimus pontifex BENEDICTUS XIII. quem DEUS salvum, & incolumem diu quoque servet, postquam tot aequissimas sanxit leges, praesertim pro custodiendis, quae supersunt, antiquitatis ruderibus, constitutionem etiam ferat, qua caveatur, ne quis in posterum marmora semel publici juris facta sive integra, sive mutila ac depravata arbitrato suo deterere, atque dispergere audeat; quemadmodum maximo rei literariae bono, promulgata lege, monumentis manu exaratis egregie consuluit.

Quod si nonnullae ex his, quas diligenter exscripsi & typis mandare consilium coepi medii & infimi aevi inscriptionibus ROMAE extantibus, in aliis etiam jam editis libris reperiuntur, confidentius dicam malo potius fata id accidisse, quam bono: Etenim
si Cae

si Casimirum a Roma minoritam in historia de templo Aracoelitano, & Nerinium Hieronymianum in historia de templo S. Alexii in Aventino excipias, coeteri auctores sive ex oscitatione, sive ex ignorantia eorum, quibus cura exscribendi data est, adeo infelicitate eas ediderunt, ut pleraque immutata referant, pleraque suo ingenio suppleant, totque mendis adspersant, ut facile lectores in errorem inducant, praesertim cum minus adcurate chronologicas notas describunt. Ego vero eas nunc proferam quam emendatissimas: ipsis enim meis oculis inspexi, meisque manibus descripsi summa plane cura, diligentia, ac religione. Nec satis id habui, ut certior fierem, ne quid proferrem, quod ab iis, quae in marmore habentur, differret, primis secundas etiam curas adjeci. Nam ROMAM accitus anno MDCCLIII. a praeclarissimo viro P.D. Justino Cappycio congregationis nostrae abbate & procuratore generali, opportunaque mihi adjumenta Reverendiss. P. D. Gregorio Floravante hujus S. PAULI coenobii abbate pro ea quae pollet humanitate, & in bonas litteras amore largiter praebente, eas iterum cum ipsis lapidibus recognovi, atque contuli, translatis in meam collectionem iis, quae duodecim annorum intervallo hac atque illuc insculpta fuerant.

Cum autem mihi tantum proposuerim, ut in posterum exempla saltem servarentur, & ita expressa evulgarentur, ut tibi omnis dubitandi locus tolleretur, hinc est, quod notas addicere pro supervacaneo, & inutili omnino habui: Ciacconium enim, Ughellium, caeterosque auctores, qui sparsim plures ROMANAS inscriptiones ediderunt, facile quisque collatis iis cum hisce a me editis emendare, ac supplere, quilibet vero cujusque nationis doctus, atque eruditus eas in proprium usum revocare, sique libuerit, commentario etiam illustrare commode poterit.

Porro in hoc primo volumine non abs re me facturum sum arbitratus, si post VENETAS inscriptiones in XVI. classes distributas, eas quoque adnecterem, quae ad nationem Illyricam, Cypriam, & Cretensem spectant, quum & ipsae quodam jure VENETAE ditioni accenseri possint.

Tandem illud moneo, quod quum ob angustiores typorum formas fieri non potuerit, quin una eademque linea in duas interdum, quandoque etiam plures divideretur, quoties post integram lineam, iterum ab ipso margine quid incipit, hoc lineae continuationem cum praecedenti denotat.

OPE-

OPERIS CONSPECTUS AC DISTRIBUTIO

D EDICATIO	Pag. 3.
PRÆLOQUIUM	5.
SUMMI PONTIFICES classis prima	I.
S. R. E. CARDINALES classis secunda	VII.
EPISCOPI classis tertia	XXXVI.
ABBATES ET PRÆSULES classis quarta	XLVIII.
SACERDOTES ET CLERICI classis quinta	LXI.
ORATORES REIPUBLICÆ ATQUE PATRICII classis sexta	LXXI.
JURISCONSULTI classis septima	LXXX.
MILITES classis octava	LXXXIV.
OFFICIA DOMUS PONTIFICIÆ ATQUE PRINCIPUM classis nona	LXXXVI.
LIBERALIUM ARTIUM PROFESSORES classis decima	XCII.
ARTES MINORES classis undecima	XCV.
IN PIA LOCA LARGITORES classis duodecima	XCVIII.
AFFECTUS PARENTUM ERGA FILIOS ATQUE HORUM ERGA ILLOS classis decimatertia	CXIV.
AFFECTUS CONJUGUM classis decimaquarta	CXX.
AFFECTUS FRATRUM COGNATORUM ET AMICORUM classis de- cima quinta	CXXV.
SINGULARES MINUTIORES ET QUISQUILIAE classis decima- sexta	CXXXII.
INSCRIPTIONES ILLYRICÆ CRETENSES ET CYPRIÆ	CXXXIX.
APPENDIX INSCRIPTIONUM PRÆTERMISSARUM	CLII.
INDEX GENERALIS ALPHABETICUS NOMINUM ET COGNOMINUM	CLIX.
	INDEX

INDEX PECULIARIS FAMILIARUM PER PATRIAS DISTRIBUTARUM CLXIV.

INDEX ECCLESiarUM ATQUE LOCORUM IN OPERE MEMORATORUM

CLXVI.

NOTAE INFIMI ARVI EXPLICATAE

CLXX.

INSCRIPTIONES GRAECAE A QUADRATARIORUM MENDIS EXPURGATAE ET LATINE REDDITAE.

CLXXIII.



I M P R I M A T U R ,

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

F. M. de Rubeis Patriarcha Constantinop. Vicefg.



I M P R I M A T U R .

Fr. Vincentius Elena Ordinis Prædicatorum, Reverendissimi Patris Sac. Pal. Apost. Mag. Socius,

SUM-

SUMMI PONTIFICES. CLASSIS PRIMA

I.

In clauſtro ſancti Salvatoris in Lauro.

Mauſoleum cum pontificis ſtatua jacente.

VRBS. VENETVM. DEDIT. ORTVM
QVID. ROMA? VRBIS. ET. ORBIS
IVRA. DET. OPTANTI
CAELICA. REGNA. DEVS.

In ipſa urna.

MEMORIAE
EVGENII. IIII.

SUMMI. ATQ. OPTIMI. PONTIFICIS
HIC. IN. PACE. GRAVIS. IN. BELLIS. PRO. CHRISTI. ECCLESIA. IMPIGER
IN. INIVRIIS. PATIENS. RELIGIOSORVM. AMATOR. AC. IN ERVDITOS. VI-
ROS. MVNIFICVS

CONCILII. BASILEENSIS. INSOLENTIAM
ADVERSVS. PONTIFICIAM. ROMANAM. POTESTATEM
CONCILIO. FLORENTIAE. CELEBRATO. REFRENAVIT. AC. FREGIT
IN. QVO

IOANNES. PALAEOLOGVS. GRECIAE. IMPERATOR
ROMANVM. CAPVT. COGNOSCENS
EIVS. PEDIBVS. SE. MVLTASQ. EXTERNAS. ET. REMOTAS. NATIO-
NES. HVMILL. SVBSTRAVIT

CONGREGATIO. CANONICOR. S. GEORGII. IN. ALGA. VENET.
FVNDATORI. RELIGIOSISSIMO. PIETATIS. CAVSSA. P. C.

A

S. Pe-

INSCRIP. VENET.

2.

*Sancti Petri in Vaticano.**In valvis aeneis.*

VT GRAECI ARMENII AETHIOPE HIC ASPICE VT IPSA
 ROMANAM AMPLEXA EST GENS IACOBINA FIDEM
 SVNT HAEC EVGENII MONVMENTA INSIGNIA QVARTI
 EXCELSA HAEC ANIMI SVNT MONVMENTA TVI

EVGENIVS IIII.
 PONTIF. MAX.

OPVS ANTONII
 DE FLORENTIA

3.

*In porticu sanctae Bibianae.**In pariete, lapis recens.*

IN QVESTA DI S. BIBIANA V. E M.
 VNITA DÀ EVGENIO PP. IIII. ALLA
 SACROS. PATRIARCHALE BASILICA
 LIBERIANA DI S. MARIA MAGGIORE
 L' ANNO MCCCC XXXIX:
 E NEL SVO CIMITERIO CHIAMATO
 DI S. ANASTASIO PP. I.
 AD VR SVM PILEATVM
 OVE RIPOSANO VNDECI MILA
 DVCENTO SESSANTA SEI CORPI DE
 MARTYRI, SENZA FANCIVLLI, E DONNE
 CON QUELLO DEL MEDEMO S. PONTEFICE
 E DEL SVO SVCCESORE S. INNOCENZO I.
 HAVENDOLO AMPLIATO, E RISTORATO
 VI E' L' INDVLGENZA MASSIMA,
 CIOE' PLENARIA PRINCIPALMENTE
 LA FESTA DI TVTTI LI SANTI
 SINO ALL' OTTAVA DE MORTI

4.

In cryptis Vaticanis .

PAVLVS . II . VENETVS . PONT . MAX . E . VETVSTA . BARBORVM . FAMILIA . PRAECLARIS . NATVRAE . DOTIB . AVVNCVLO . EVGENIO . IIII . NON . INFERIOR . IVSTITIAE . PIETATIS . DIVINAR . QVE . CAERIMONiar . CVLTOR . RELIGIOSISS . ECCLASIASTICAE . LIBERTATIS . MAIESTATISQVE . DEFENSOR . CONSTANTISS . PRAECIPVO . PACIS . SERVANDAE . STUDIO . ET . SINGVLARI . OMNIS . GENERIS . MVNERVM . ABSTINENTIA . FOR MIDANDA . ETIAM . LEGE . MAGISTRATIB . INDICTA . CLARISS . IN . PRINCEPS . MVNIFICENTIA . IN . PAVPERES . MISERICORDIA . INSIGNIS . PATRIO . A MORE . ANNONAE . COPIAM . VRBI . DEDIT . PATRIMONIVM . BEATI . PETRI . ERRATIS . POPVLOR . INDVLGENTISS . PARENTIS . AFFECTV . EMENDATIS . ET . CONSERVAVIT . ET . AVXIT . FVRENTES . ARMIS . HAERETICOS . REPRESSIT . ET . QVOD . PER . DIFFICILEM . RER . TEMPOR . VE . CONDITIONEM . EFFICI . CVM . DIGNITATE . NON . POTERAT . MATVRA . CVNCTATIONE . SALVBERRIME . DISPOSVIT . V . A . LIII . M . V . D . III . S . A . VI . M . X . D . XXVI . (sic)

5.

In S. Marci palatio .

PAVLO . II . BARBO . VENETO . QVOD . AEDES . SANCTI . MARCI . HVIVS . TITVLI . CARDINALIS . CONSTRVXERIT . PONTIFEX . MAXIMVS . AMPLIFICAVERIT . QVODQVE . INSIGNI . EA . MAGNIFICENTIA . PATRIÆ . SVÆ . DIGNITATI . PROSPEXERIT . CVI . SCILICET . OB . PRAECLARA . IN . S . SEDEM . MERITA . A . PIO .

INSCRIP. VENET.

A. PIO. IV. P. M. POST. SECVLVM. DONATÆ. FVERVNT
 ANG. MAR. TIT. S. MARCI. CARDIN. QVIRINVS
 PONI. CVRAVIT. AN. DOM. MDCCXXXIII.

6.

Ibidem.

QVAM. SPECIEM. ET. POMPAM. MODO. PREFERAT. VNDIQUE. ROMA
 FAVSTO. CLEMENTIS. LETA. SVB. IMPERIO
 MILLE. DOMVS. ET. TEMPLA. DOCENT. LAXATAQVE. MONSTRAT
 VATICANA. SVO. BIBLIOTHECA. SINV
 PAR. ITAQVE. ET. VETERI. POSITO. SQVALLORE. NITERENT
 AEDES. QVAS. PAVLVS. STRVXIT. ET. INCOLVIT.

Dextrorsum.

ANGEL. MAR.
 TIT. S. MARCI
 CARD.
 QVIRINVS

Sinistrorsum.

S. R. E.
 BIBLIOTHEC.
 ANNO
 MDCCXXXIII.

7.

*In choro Canoniorum sancti Marci.**In gyro aeneae imaginis Pauli II.*

PAVLO II. VENETO P. M. SACRÆ HVIVS EDIS
 INSTAVRATORI

8.

In aedibus S. Marci.

PIVS. IIII. MEDICES. PONT. MAX.
 HAS. AEDES. REIP. VENETAE
 ARGVMENTVM. AMORIS. ET
 STVDII. SVI. SPONTE. DONAVIT
 IACOBO. SVPERANTIO. EQ. ORAT.
 M. D. LXIII.

9.

Ibidem.

PIVS IIII. MEDICES P. O. M.
 DIVI MARCI PALATIA VRBIS
 SENATVI VENETO
 EX BENIGNITATE
 DONAVIT ANNO MDLXIV.

Ibi.

CLASSIS I.

IO.

Ibidem.

SENATVS VENET. PVB. ÆRE ÆMPTAS
CAPELLORVM ÆDES VENETHIS SEDI
APOST: EX: REVERENTIA SIXTO V. P. M.
DICAVIT. ANNO: MDLXXXIII.

II.

SS. Vincentii, & Anastasii in Trivio.

Humi.

D. O. M.

PRÆCORDIA

ALEXANDRI VIII. P. M.

OBYT IN QVIRINALI

DIE PRIMA FEBRVARY MDCXCI.

12.

S. Petri in Vaticano.

*Magnificentissimum mausoleum cum aenea
statua sedente.*

PATRVO . MAGNO

ALEXANDRO . VIII. OTTHOBONO

VENETO . P. O. M.

PETRVS . CARD. EPVS. SABIN. S. R. E. VIC. CANG.

ANNO . IVB. MDCCXXV.

INSCRIP. VENET.

13.

*In atrio S. Marci .**Ne unica inscriptio peculiarem classem constitueret, in hac,
utpote magis digna, collocatur .**Sub marmorea statua .*

S. PETRVS VRSEOLVS

EX PERVETVSTA PICTVRA OPERE TESSELLATO IN BASILICA

S. MARCI VENETIARVM

Deinde alio marmore in pariete .

SANCTO PETRO VRSEOLO

INCLYTO PRIMVM VENETIARVM DVCI

DEINDE BENEDICTINO INTER CVXANENSES MONACHO

POST CONFIRMATAM APOSTOLICÆ SEDIS SVFFRAGIO

QVIN VRBI ET ORBI PROPOSITAM

QVAM BEATO VIRO VIRTVTIBVS ET MIRACVLIS CLARO

RITE ÆTAS PRISCA DETVLERAT VENERATIONEM

STATVAM HANC RESP. VEN. AN. DOM. MDCCXXXIII.

IN EDIVM SVARVM CONSPECTV PONENDAM CVRAVIT

VT IN PRINCIPIS SIMVLACRO CIVIVM OCVLIS PATEAT

COELITVS DATVM REIP. PERPETVITATI PRESIDIVM.

S.R.E.

S. R. E. CARDINALES.

CLASSIS SECUNDA.

I.

*Sancti Chrysogoni.**In pariete.*

† ANŌ DNICE INCARNATIONIS MILL̄ CENTESIMO VICE
 SIMO VII: INDIC. V. ANNO DŌNI HONORII SCDI PP.
 TERTIO. M. AG. D^a VII. DEDICATV̄ E HOC ALTARE
 PER MAN⁹ IOH̄S DE CREMA PBRI CARDINALIS A PETRO VEN.
 PORTVENSI EPŌ SVB HONORE SCŌRV QVOR; NŌA SVBT
 LEGVNT DE RELIQVIIS SCDI ANDREE SCDI MATHEI SCDI STE
 PHANI PROTOMAR SCDI CLEMENTIS PP ET MAR SCDI VRBANI
 PP ET MAR DIONISII PP ET MAR SCDI CORNELII PP. ET MAR
 SCDI LAVR MAR SCDI SEBASTIANI MAR SCDI MAGNI
 MAR SCOR; COSME ET DAMIANI SCDI VINCENTII MAR SCDI
 ANASTASII MAR SCORVM TRIPHONIS ET RESPITII MAR
 SCORV FELICISSIMI ET AGAPITI MAR SCDI GG PP SCE
 CECILIE SCE PRISCE SCE NIMPHE;

2.

*Ibidem.**In pariete.*

† INNŌE DNI. ANNO INCARN. DNICE MCXXVIII. INDIC. VII: ANNO
 DŌNI HONORII SEDI PP. V. IOH̄S DE CREM PATRE OLRICO
 MATRE RATILDI NATVS ORDINAT. AVT. PBRI CARD. A VEN. PASCHALE
 PP II TITVLO SCDI GRISOGONI A FVNDAMENTIS HANC BASILICA C
 STRVX. ET BREX. TESAVRO ET VESTIMENTIS ORNAV. EDIFICIIS IN-
 TVS ET FORIS DECORAV. LIBRIS ARMV POSSESSIONIBVS AMPLIAV
 PARRO-

PARROCHIA AD AVX. PRO CIVIS PECCATIS QCVQVE LEGERITIS ET
 AVDIERITIS INTERCEDITE AD DN̄M ET DICITE O BONE SAL
 VATOR NR̄EQVE SALVTIS AMATOR. FILI XPI D̄I PARCE REDEPTOR
 EI AM.

3.

S. Mariae Majoris.

*In domo canonicorum, parietī adfixa. Imago jacens
 anaglyptico opere.*

LAVDIBVS ÆTERNVM SENIOR CELEBRANDVS IN EVVM. HIC FRAN-
 CISCVS HABET CINERES QVEM CLARA CREAVIT LANDA DOMVS VE-
 NETE

PROLES SANCTISSIMA GENTIS. ETHEREA VIRTUTE NTES IVS NACTVS
 VTRVMQ. DOCTOR ERAT CLERI LVMEN. GRAVIS AVCTOR HONESTI

IYSTITIE SVBLIMIS APEX EXPERTVS HONORES. ECCLEXIE (sic) MERITOS
 GRADI SIBI CREDITA SEDES. HINC CONSTANTINE PATRIARCHA

APPOSITVS VRBI. IERUSALEM SACRI TITVLVM POST CARDINIS AL-
 TVM. CRVX DEDIT. HC (sic) SYMMA PISANI LAVDE PEREGIT

CONCILII FEDVS GRADI TVNC SCEPTRA TENEBAT. FERVIDA CON-
 STANCI. LENIVIT CORDA FVRENTIS. HIC POPVLI MONVITQ

ACIES MORTIQ. PARATVS. INDE SABINENSEM TITVLVM DVM PRE-
 SVL AGEBAT SPIRITVS ÆTERNVM CLARVS MIGRAVIT IN ORBEM

4.

S. Mariae Novae.

Humi, in gyro anaglyptici operis imaginem exhibentis.

HIC IACET PRECLARE MEMORIE
 REVERDISSIMVS IXPO PATER ET DN̄S PETRVS SC̄E MARIE I DOMNI-
 CA DIACONVS CARDINALIS VENETIAR

IVNIOR NVNCVPATVS QVI OB̄IT AÑO DNI M. CCCC
 XXIII. DIE XI. MENSIS AVGVSTI CIVIS AIA IN PACE REQVIESCAT
 AMEN

Recens

Recens lapis veteri annexus.

PETRO MAVROCENO S. R. E. DIACONO CARDINALI
VNI EX PATRIBUS CONCILII CONSTANTIENSIS IVRIS DIVINI CONSVL-
TISSIMO

QVI EX LEGATIONE NEAPOLITANA IN VRBEM REDVX DIEM OBIIT
GENTILI SVO

IOANNES FRANCISCUS MAVROCENVVS
REIP. VENETAE ORATOR AD CLEMENTEM XI. P. M. AN. SAL. MDCCII.

5.

S. Laurentii in Damaso.

*In sacrario; insigne sepulchrum cum marmoreo simulacro,
habitu quiescentis.*

In superiori ornatu.

EX ALTO.

In ipsa urna.

ZHTEI TON ΠΑΣΙΝ ΑΡΕΣΚΕΝ ΙΝΑ
ΑΠΟΘΑΝΟΝΤΙ ΣΟΙ ΧΑΡΙΝ ΑΠΟΔΩΣΙ

Sub eadem urna.

D. O. M.

LVDOVICO PATAVINO PATRIARCHÆ AQVIL. ALBANO PONT.

TIT. D. LAVRENTII IN DAMASO CARD. S. R. E. CAMERARIO
QVOD ANIMI MAGNITVDINE ET SINGVLARI PRÆDITVS PRVDEN-
TIA CVM REM ROMANAM

MVLTIPLVDINE HOSTIVM LABORANTEM LEGATVS AB EVGENIO IIII.
IN SPLENDOREM PRISTINVM

ARMIS ET VICTORIIS VINDICASSET NICOLAVM PICCININVM
APVD ANGLARIAM FLORENTINOS

ECCLESIAE SOCIOS INFESTANTEM SIGNIS COLLATIS PROFLIGAS-
SET AGRVM PICENVVM

A FRANCISCI SFORTIAE DOMINATV IN DITIONEM ROMANÆ
ECCLESIAE RECUPERASSET

B

TVR-

x

INSCRIP. VENET.

TVRCAS SVB CALLISTO III. NAVALIBVS PRÆLIIS CONTVDISSET
AVCTORITATEM ROM. PONTIFICATVS
LONGE ET LATE PROPAGASSET DOMESTICIS QVOQVE VIRTVTI-
BVS CONSILIO GRAVITATE CONTINENTIA
PLVRIMIS DENIQUE IN OMNEIS BONOS LIBERALITATIS ET BE-
NEFICENTIÆ MONIMENTIS

BELICAS LAVDES ORNATIORES REDDIDIT
HENRICVS BRVNVS ARCHIEPISCOP. TARENTINVS SVMM. PONTT.
SACRIQVE SENATVS A SECRETIS ÆRARIJ APOSTOLICI PRÆFE-
CTVS

TANTÆ VIRTVTIS IN LVCEM REVOCANDÆ CAUSA QVOQVE
VETEREM SVAM IN EVM OBSERVANTIAM HOC RECENTE
PIETATIS OFFICIO TESTARETVR HOC ILLI MONIMENTVM QVA-
DRAGINTA AB EIVS MORTE ANNO SVA PECVNIA FACIVNDVM
LOCAVIT

ANNO SALVTIS MDV. XII. KAL. APRILIS
VIXIT ANNOS LXIII. MENS. IV. DIES VIII.

6.

S. Clementis.

Nobile sepulchrum , cui marmorea effigies incubat .

HOC . MONVMENTO . CLAVDITVR . VRBI . DOCTIS . ET . BONIS . OMNIB.
DESIDERATISS.

BARTHOLOMEVS . ROVERELLA . OB . SOLAS . ANIMI . DOTES . SINGV-
LAREMQ. FIDEM . ET

SCIENTIAM . EVGENII . IIII . PONTIFICIS . MAX . SECRETARIVS . ET . AB .
EODEM . ARCHI

EPISCOPVS . RAVEN . INDE . A . PIO . II . PONT . MAX . TT . S . CLEMENTIS .
PRESB . CARDI

NALIS . CREATVS . QVI . LEGATIONIBVS . MVLTIS . PACE . ET . BELLO .
PERACTIS . DVM

SIXTI . IIII . PONT . MAX . ET . COLLEGARVM . BENIVOLENTIA . PRIN-
CIPVMQ. AC . NATIO

NVM . PLVRIMAR . CLIENTELIS . INSIGNIS . TRANQVILLAM . ET . CON-
SILIIS . VTILEM . SEP

TVAGE-

TVAGENARIVS . ETATEM . AGERET . OMNI . SVPPELLECTILE . IN .
FAMILIE . REMVNE
RATIONEM . DISTRIBVI . IVSSA . ROMÆ . OBIT . ANNO . SAL . MCCCCLXXVI
VI . NON . MAII

TESTAMENT . EXECVTOR . COLLEGE
B. M.

7.

Sancti Marci .

In epistilio putei palatii .

MARCVS . EPS . PRAENESTIN . CAR .

SCI

MARCI . PATRIAR . AQVILEIEN .
MCCCCLXXXI .

8.

In cryptis Vaticanis .

Arca marmorea .

BAPTISTA ZENVS
VENETVS CAR
DINALIS S . MARI
AE IN PORTICV
MCCCCLXXXIII .

9.

S. Marci .

*Humi in marmore
porphyretico .*

MARCVS . BARBVS
CAR . SCI MARCI . PA
TRIARCHA . AQVILEI
ENSIS . ITA . SIBI . VIVES
FIERI . VOLVIT . ORATE
PRO EO . AD . DOMINV
OBIIT . ANNO . SA
LVTIS . M . CCCCLX .
XXXI . DIE II . MA
RTII . OLI . ET . FRA
CAR . EXEQ . B . M .
POS .

10.

S. Balbinae .

*Sub anaglypho exhibente Christum crucifixum ;
ac Mariam virginem , & Johannem
hinc inde stantes .*

SANCTISSIMA . HAEC . IMAGO . OLIM . IN . VATICANO
IN . ARA . PETRI . CARDINALIS . BARBI
INDE . E . CRYPTA . HVC . TRANSLATA . FVIT
ANNO . IVBILEI . M . DC . L .

B 3

In

II.

*In aedibus Card. sancti Marci.**In sublimi atrii pariete.*

MARCO . CARD . BARBO . PAVLI . II . PATRVELI
 QVOD . EDES . S . MARCI . TITVLI . SVI
 NOVIS . OPERIBVS . AVXERIT
 QVODQVE . EAS . ET . DOMICILII . AMPLITVDINI
 ET . PRÆSIDIO . VRBIS . OPPORTVNAS
 SVÆ QVE . TANDEM . PATRIÆ . CESSVRAS
 MAGNA . SED . INIQVA . PACTIONE . DIMITTERE
 SANCTO . ET . INVICTO . ANIMO . RENVERIT
 ANG . MAR . TIT . S . MARCI . CARDIN . QVIRINVS
 PONI . CVRAVIT . AN . DOM . MDCCXXXIII .

I 2.

*S. Marcelli .**Sepulchrum marmoreum cum imagine quiescente .**In ipsa arca .*

CAR . S . ANGELI

Sub eadem arca .

IOANNI MICHAELIO PATRITIO VENETO EPIS . PORTVEN . S . ANGELI
 CAR . AC
 PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLI PAVLI II . PONT . MAX . NEPOTI QVI
 IN REBVS ARDVIS
 SENATORIIS MAXIME ELOQVENTIA INTEGRITATE EMINENTIQ . IN-
 GENIO PRESTANS .
 AB INNOCEN . VIII . IN CASTRIS CONTRA FERDINAN . NEAPOLITA . RE-
 GEM . LEGATVS .
 PACEM IN MAGNAM ITALIAE QVIETEM COMPOSVIT OBIIT ANNO
 M . D . III . DIE X .

APRILIS AETATIS VERO SVAE ANNO LVII .

ANTONIUS VRSVS VENETVS SECRETARIVS APOSTOL . EP̄S AGIENSIS
 FAMILIARIS PIENTISS .

SICVTI FIDE AC SINGVLARI AMORE TOTIVS SVAE VITAE TEMPO-
 RE ADSTITIT . ITA ET IN MORTE

AB

CLASSIS II.

XIII

AB HAC SVA GRATISS. SVBIECTIONE INSEPERATVM (sic) SE VIDERI CVPIENS CONDITORIVM DOMINO SVO.

SEQ. SVB ILLO TVMVLARI TESTAMENTO MANDAVIT . QVI INNOCENT. VIII. ALEX. VI. PII. III.

IVLII II. PONTT. REFERENDARIVS SVMMA INTEGRITATE DOCTRINA RELIGIONE.

IVSTITIA VIXIT ANNOR. LXXII. DECESSIT. XXVIII. SEPT. M.D.XI.

IACOVS VRSVS FRATER BENEMERENTIBVS. POS.

13.

SS. Johannis, & Pauli.

Humi.

DOMINICO GRIMANO EPISCOPO PORTVENSI

CARDINALI SANCTI MARCI

PATRIARCHÆ AQVILEIENSI.

INCVLPATISSIMÆ VITÆ

OMNIVM SCIENTIARVM PERITISSIMO

TEMPORANEVM DEPOSITVM

NEPOTES PIENTISSIMI POSVERVNT

VIXIT ANNOS LXII. MENSES VI. DIES VIII.

OBIT XXVII. AVGVSTI MDXXIII.

14.

Sancti Marci.

In medio pavimento circum stemma.

DOMINICVS. GRIMANVS. CAR. S.

MARCI. PATRI. AQVILEIEN.

15.

S. Mariae supra Minervam.

Humi, in choro.

PËTRO BEMBO PATRITIO

VENETO OB EIVS SINGVLARES

VIRTVTES A PAVLO III. PON. MAX.

IN SACRVM COLLEGIV COOPTATO

TORQVATVS BEMBUS P.

OBIT XV. KAL. FEB. CIODXLVII.

VIX. AN. LXXVI. MEN. VII. D. XXVIII.

1547

San-

16.

*Sancti Marci.**Insigne sepulchrum vario marmore, & signis ornatum.*

D. O. M.

FRANCISCO PISANO. CARDINALI. EPISCOPO OSTIENSI.

VIRO ANTIQVAE PROBITATIS AC INNOCENTIAE.

HAEREDES. EX TESTAMENTO. POSVERE.

VIX. ANN. LXXVI. OBIT TERTIO KAL. IVLII
M. D. LXX.

HIERONYMO QVIRINO. PATRITIO VENETO.

CLARA PISANA. POST EREPTOS. INTRA MENSEM.

ALOYSIVM FRATREM. FRANCISCVM PATRVVM. CARDINALES.

CONIVGI DESIDERATISS. SVBITA VI MORBI
EXTINCTO MÆSTISSIMA POS.

TVMVLOQVE PATRVI INFERRI VOLVIT.

VIX. ANN. XLIII. OBIT QVARTO ID. MARTII
M. D. LXXI.

17.

*Sanctae Mariae in Trivio.**Humi.*

D. O. M.

ALOYSIO CORNELIO VEN.

TIT. S. MARCI PRAESB. CARDINALI

S. R. E. CAMERARIO

VIXIT ANN. LXXVII. MEN. II. DIES XXVII.

OBIT VI. IDVS MAII.

MDLXXXIV.

18.

*Sancti Silvestri in Quirinali.**Sepulchrum cum protome.*

GREGORIUS. XIII. PONT. MAX.

FEDERICO CORNELIO S. R. E. PRESB. CARD.

EPISCOPO PATAVINO

HOC CONIVNCTISSIMAE AMICITIAE MONVMENTVM

POSVIT

ANNO M. D. LXXXI. PONT. I.

San-

19.

Sanctae Mariae de Populo.

Sepulchrum cum protome.

D. O. M.

IO. HIERONYMO ALBANO BERGOMATI CARDINALI
IVRISCONSULTO GENERIS NOBILITATE. MORVM ELEGANTIA.
VITAE SPLENDORE. MONIMENTIS INGENII. DOCTRINAEQ.
CLARISSIMO. REIPVB. VENETAE COLLATERALI GENERALI.
MATRIMONIO AC COELIBATV ASPERIS AC SECVNDIS REBVS
EQVE PROBATO. CATHOLICAE RELIGIONIS EGREGIO DICTIS
FACTISQ. ADSECTORI AC VINDICI. OB EAS RES A PIO QVINTO
SVMMO PONTIFICE DIFFICILLIMIS POPVLI CHRISTIANI
TEMPORIBVS IN COLLEGIVM CARDINALIVM ADSCITO
IN SENTENTIIS DICENDIS FACVNDIA. GRAVITATE. SAPIENTIA
SINGVLARI. EXTREMA IAM ETATE PIOS INTER AMPLEXVS
CARORVM ET OSCVLA SENSIM EXTINGTO

IO. DOMINICVS CES. COMES PARENTI OPTIME MERITO P. C.
VIXIT AN. LXXXIII. OBIT VII. KAL. MAIAS AN. SAL. MDLXCI. (gc)

20.

S. Silvestri in Quirinali.

D. O. M.

FRANCISCO. CORNELIO. PRESB. CARD.
CLEMENTE. VIII. PONT. MAX.
AD. PVRPVRAE
DIGNITATEM. PROMOTO
IN. MEDITATIONE
FERRARIEN. ITINERIS
IMPORTVNE. PRAEREPTO
FEDERICVS. S. R. E. CARDINALIS
ET. MARCVS. ANTONIVS. ABBAS
SANCTI. MARCI. PRIMICERIVS
IOANNIS. PRINCIPIS
VENETIARVM. FILII
OPTIMO. PATRVO. POSS.

OBIT.

INSCRIP. VENET.

OBIIT . XVIII. KAL. MAIAS

AETATIS . ANNO . LL

SALVT. M. D. XC. VIII.

21.

*Sanctae Mariae de Populo.**Sepulchrum cum protome.*

D. O. M.

FRANCISCVS MANTICA VTINENSIS

QVI OB SVMMVM VTRIVSQUE DOCTRINAE IVRIS
SPLENDOREMPARI PRVDENTIA VIGILANTIA PROBITATEQUE
CONIVNCTVM

A CLEMENTE VIII. PONT. OPT. MAX.

EX SACRI PALATII APOST. CAVSARVM
AVDITOREAD DIGNITATEM AMPLITVDINEMQUE
MAIESTATI PONTIFICIAE PROXIMAM

SACRO PLAUDENTE SENATV

AVLA LAETANTE ROMANA

VENETA GESTIENTE REPUBLICA

EVECTVS

ORBI TERRARVM ILLVXIT

HIC IN SVI ECCLESIA TITVLI SITVS EST

VIXIT ANN. LXXX. OBIIT XXVIII. IANVARII
MDCXIII.

GERMANICVS MANTICA EPISC. FAMA AVGVST.

FRANCISCVS MANTICA ET ANDREAS MANTICA

PATRVO B. M. POSVERVNT.

22.

*Sancti Marci.**In majori aedium scala supra portam.*

FED. TIT. S. MARCI CARD. CORNELIVS :

23.

In ecclesia SS. Magorum de propaganda Fide.

Monumentum cum protome.

D. O. M.

FEDERICO S. R. E. CARD. CORNELIO VENETO
EPISCOPO ALBANENSI
SAC. CONGREG. DE PROPAGANDA FIDE
OB MILLIA AVREORVM TRIGINTA QVATVOR
SIEI AB EO ABSOLVTE LEGATA
AC DESIGNATAM EX ASSE HEREDITATEM
SI PROLES VIRILIS FRATRIS FILIO NVLLA SVPERSTIT
SINGVLARIꝰ BENEFICENTIE
HOC EXTARE VOLVIT MONVMENTVM.

24.

S. Mariae de Victoria.

Humi.

FEDERICVS S. R. E. CARDINALIS CORNELIVS IOANNIS VENETIARVM
DVCIS FILIVS
A CLEMENTE VIII. INTER APOSTOLICAE CAMERAE CLERICOS AD-
LECTVS
A GREGORIO XV. BERGOMATVM INFLAE AB VRBANO VIII. CO-
RVSCAE PVRPVRAE ADMOTVS
MOX VICENTINVS ANTISTES ET PATRIARCHA VENETVS CREA-
TVS
CVM POSTREMVM HOC MVNVS ALIENA VOLVNTATE SVSCEPTVM
SVA DEPOSVISSET
DEPONENDI QVOQVE CORPORIS MEMOR D. TERESIAE IMMORTA-
LEM ARAM
SIBI ANTE ARAM ET TVMVLVM MORTALITATIS SVAE CVSTODEM
POSVIT
ATQVE IN PARTEM OBSEQVI ERGA VIRGINEM DISCALCEATORVM
MATREM

C

VOCA-

VOCATIS CVM PARENTE SEX ALIIS EX CORNELIA GENTE CARDI-
NALIBVS

INDVCENS PRO EXVVIS CORPORVM SPIRANTIA VVLTVVM SIMV-
LACRA

PROVIDIT VIVENS QVOMODO EXINCTVS OBSEQVIVM AETER-
NARET

ANNO SALVTIS MDCXLVII. AETATIS SVAE LXVIII.

25.

In porticu sancti Marci .

In pariete .

PIÆ . MEMORIÆ

PETRI CARD. VALERII

TIT. S. MARCI EPISC. PATAV.

QVI

LIBERALITER HVIC ECCLESIE
LEGAVIT SACRAM SVPELLECTILEM
ET LOCA DECEM ANONÆ SECVN^Æ

ERECT. VT SINGVLIS ANNIS PRO
SE SVISQVE MISSA SOLEMNIS
ANIVERSARIA ET VIGINTI QVINQ
PRIVATE MISSE CELEBRARENTVR
QVOD VERO EX FRVCTIBVS
SVPERESSET IN EIVSDEM ECCLESIE
SACRVV VSVV VERTERETVR

CAPLVM . ET . CAN.

GRATI ANIMI ERGO POS.

ANNO . D. M. DC. LIII.

26.

Sancti Marci .

Humi .

D. O. M.

HIERONYMO OTTHOBONO FR.

MARCVS OTTHOBONVS

EQVES PATRICIVS VENETVS POSVIT

ANNO M. D. X. C.

PE-

PETRVS TIT. S. SALVATORIS IN LAVRO
S. R. E. PRESBYTER CARD. OTTHOBONVS MARCI F.
EPISCOPVS BRIXIENSIS
RESTITVIT SIBIQ. ET POSTERIS PRAEPARAVIT
ANNO SAL. M. DC. LV.

27.

Sancti Marci.

Humi.

OSSA
MATTHAEI S R E CARDINALIS
DE PRIOLIS
MARI. (sic) DE PRIOLIS
ET LEONARDVS PISAVRVS
D M PROCVRATOR
CONIVGES ET NEPOTES POSVERE
AN. D. MDCLVI

28.

Sancti Marci.

Sepulchrum cum protome.

D. O. M.
MARCO ANTONIO BRAGADENO ECCLESIE TITVLARI MVNIFICO.
QVEM VRBANVS OCTAVVS
VT AVI A TVRCIS EXCORIATI MERITA IN NEPOTE DIGNISSIMO PEN-
SARET
PVRPVRA DECORAVIT:
PER CREMEN. CENETEN. AC VICENTINI GRADVS AD SVMI EPISCO-
PATVS FASTIGIVM
INGENTIBVS SVIS VIRTVTIBVS PROPERANTEM MORS STITIT
ET: SVE ANNO LXVIII. SALVT. HVM. MDCLVIII.
IO. ALOYSIVS FRATER ET MARCVS NEPOS PATRIC: VEN.
P. P.

INSCRIP. VENET.

29.

*Sancti Marci.**Sepulchrum cum protome.*

D. O. M.

CHRISTOPHORO . TIT. S. MARCI
 CARD. VIDMAN . PATRIT. VENETO
 QVEM
 ROMAE PER SPLENDIDISSIMOS
 QVOSQ. HONORVM GRADVS
 AD SAC. PVRPVRAM EVECTVM
 ECCLESIAST. AD METAVRV DITIONIS
 LEGATIONE SVMMA CVM INTEGRIT.
 ET PRVDENTIE LAVDE PERFVNCTVM
 DE MEDIO FORTVNAE ET VIRTVT. CVRSV
 IMMATVRA MORS ERIPVIT
 IV. KAL. OCTOB. MDCLX.
 ANNOS NATVM XLV.
 MARTINVS ET LVDOV. GERM. FR. AC. FRANG.
 NEPOS ET HERES COMIT. HORTEMBVRGI. PP.

30.

*S. Mariae Majoris.**In aedibus Canoniorum in sublimi pariete.*

D. O. M.

IMMORTALI NOMINI
 MARI CARDINALIS ALBRICII
 IN VIA HVMILI VOTVM IPSIVS
 HIC DELITESCERE
 HAVD PASSI SVNT
 CARDINALES
 DE ALTERIIS CARPINEVS MARESCOTTVS
 EXECVTORES TESTAMENTARIJ
 ANNO MDCLXXV.

San-

31.

Sancti Marci.

Speſtabile ſepulchrum cum protome.

D. O. M.

PETRO BASADONNA

S. MARIE IN DOMNICA S. R. E. DIAC. CARD.

SVMMIS VENETÆ R. P. MVNERIBVS

DOMI FORI QVE PERVNCTO

• ET POST HISPANAM

ROMANAMQVE LEGATIONES

A CLEMENTE X. P. M.

SOLA VIRTVTIS COMMENDATIONE

A PROCVRATORATVS DIGNITATE

AD CARDINALATVS FASTIGIVM

TRALATO (ſic).

ATQVE VTROBIQVE MAIORA

PROMERITO

HIERONYMVS D. MARCI PROCVRATOR

ET IOANNES FRATRES

LVCTVS ET PIETATIS MONVMENTVM

POSVERE

OB. IV. KAL. OCTOB. AN. MDCLXXXIV.

ETATIS SVÆ LXVII.

32.

Sancti Iſidori.

In pariete,

D. O. M.

INNOCENTIO XI. SVMMO PONTIFICE

EMIN: ET REV: D: MARCVS ANTO: BARBADICVS

S. R. E. TIT. S. SVSANNE PRESB. CARD. ARCHIER. CORC.

ECCLESIAM HANC ET ALTARE MAIVS

(INCLVSIS IN EO RELIQVIIS SS. MARTYRVM

IRENÆI ET MARTIALIS)

IN HONOREM S. ISIDORI AGRICOLÆ DICATAM

DOME.

INSCRIP. VENET.

DOMINICO DIE XXVI. OCT. AN. M. DC. LXXXVI.
 SOLEMNI RITV ET POMPA CONSECRAVIT
 ET PETENTIB. GWARDIANO ET PP. HVIVS COLLEGII
 ORD. FRATRVM MINORVM STRICT. OBSERV.
 NATIONIS REGNI HIBERNICAE
 ANNIVERSARIVM HVIVSMO: CONSECRATIONIS
 TRANSTVLIT AD DOMINICAM QVARTAM
 EIVSDEM MENSIS CVIVSLIBET ANNI
 INDVLGENTIASQ. CENTVM DIERVM OMNIBVS
 FIDELIBVS EANDEM ECCLESIAM PRAEDICTA
 DIE VISITANTIBVS CONCESSIT

33.

*Sancti Laurentii in Damaso.**In atrio.*

DEIPARÆ VIRGINI
 MATRI PIENTISSIMAE MALORVM PROPVLSATRICI
 POST VATICANA VOTA RITE SOLVTA
 ACTIS ETIAM PVBLICE GRATIIS AD S. LAVR. IN DAMASO
 QVOD FINITIMIS PROVINCIIS VALIDE CONCVSSIS
 MONTANISQVE CIVITATIBVS TERRAE MOTV DIRVTIS
 XIX. XVII. ET POSTRIDIE KAL. FEBRVARIJ MDCCIII.
 VRBIS FVNDAMENTA NVTANTIA
 PRAESIDIO FIRMAVERIT SVO
 ANNVENTE CLEMENTE XI. PONTIFICE MAXIMO
 PETRVS DIAC. CARD. OTTHOBONVS S. R. E. VICECANCELL.
 BASILICAE ATRIVM TANTIS AVSPICIIS REPARATVM
 EIVSDEM CANONICIS PATRONAM VNA INVOCANTIBVS
 PRAESENTIS TVTELAE TESTIMONIUM
 ESSE POSTERIS IVSSIT XVI. KAL. APRIL. MDCCIII.

S. Lau-

34.

S. Laurentii extra muros.

In basi columnae ante porticum.

CLEMENTE XI. P. M.

PETRO CARD. OTTHOBONO

PERPET. COMMENDATARIO

PROSPECTVM BASILICÆ.

S. LAVRENTII

COLVMNA ERECTA

STRATISQVE PARIETINIS

PEREGRINANTIVM VOTIS

APERVERE

ABBAS, ET CANONICI REG.

ANNO D. MDCCIV.

35.

Sancti Augustini.

Sepulchrum cum profano.

FR. HENRICO NORIS VERONENSI

ORDINIS AC TITVLI S. AVGVSTINI

PRESBYTERO CARDINALI S. R. E. BIBLIOTHECARIO

AVGVSTINIANA EREMITARVM FAMILIA

THEOLOGO CHRONOLOGO HISTORICO B. M. P.

HENRICO MONVMENTVM INGENS SESE EXPLICAT ORBIS

PHÆNICVM AD LITTVS LITTORE AB HESPERIÆ

INSCRIBVNT TVMVLO QVIDQVID DVXERE PERENNI

ERE ARGENTO AVRO SECVLÆ ET HISTORIÆ

NORISIO MINOR EST TITVLVS TV GRANDIOR ESSE

AVGVSTINE POTES PAR TVMVLO TITVLVS

OMIT VII. KAL. MARTII

ANNO ÆRE CHRISTI MDCCIV.

ETATIS LXXIII. Æ. A. D. IV. KAL. SEPTEMBRIS

San-

36.

*Sancti Marci.**Sepulchrum cum protome.*

D. O. M.

IO. BAPTISTÆ S. R. E. TIT. S. MARCI

CARD. RUBINO VENETO

MYLTIS ECCLESIAST. PRINCIPATVS PRÆFECTVRIS STRENVE GESTIS

AVCTO INSIGNI VICENTIÆ INFVL

AB ALEX. VIII. P. M. A SECRETIS STATVS RENVNCIATO

AC IN S. SENATVM ADSCITO

POSTREMA NECESSITATE

NONIS FEBR ANNO MDCCVII E VIVIS EREPTO

IOANNES BAPTISTA

EX FRATRE NEPOS

PATRVO AMANTISSIMO MÆRENS

P.

37.

*Sanctæ Mariæ in Vallicella.**Humi.*

LEANDRO DE COLLOREDO

EX PATRIBVS CONGREGATIONIS ORATORII

QVEM INNOCENTIVS XI. P. M.

INTER S. R. E. PRESBYTEROS CARDINALES

RELUCTANTEM PRÆCEPTO ADSCIVIT

MOX SVMMI POENITENTIARII MVNERE DECORAVIT

VIR OMNIVM ORNAMENTO VIRTVTVM CLARISSIMVS

DVM SACRIS ADSTANS CHARITATE INFLAMMATVS

IMMINENTES CHRISTIANÆ REIPVBLCÆ CALAMITATES A DEO DE
PRECARETVR

QVASI VICTIMA OBLATVS

AD ARAM PROCVBIVIT VI. ID. IAN. POSTRIDIE OCCVBVIT

ÆTATIS ANNORVM LXIX. MENS. IV. DIE XIV. A REPAR. DÑICA MDCCIX:

ANIMO MORIBVS INSTITVTI OBSERVANTIA CONVICTV SEPVLCRO

A SVIS RARO EXEMPLO NVNQVAM DISIVNCTVS

SEPVLC-

CLASSIS II.

XXV

SEPVLCHRALEM LAPIDEM
FABIVS HIERONYMVVS RODVLPHVS EX FRATRE NEPOTES
PATRVO MERITISSIMO
MOERENTES PP. ANNO MDCCXIV.

38.

Sancti Marci.

Sepulchrum cum protome.

D. O. M.

ALOYSIVS S. R. E. TIT. S. MARCI CARDINALIS DE PRIOLIS
SPECTATÆ INTEGRITATIS ET PRVDENTIÆ
PRIMVM INTER S. R. ROTÆ XII. VIROS
DEINDE IN PVRPVRATORVM PP. SENATVM COOPTATVS
APVD AVVNCVLVM
PETRVM CARDINALEM BASADONNA
DIGNITATE ET VIRTUTE NON IMPAR
TVMVLARI IVSSIT
OBIIT, ID. MARTII A SAL. MDCCXX.
ÆTATIS SVÆ LXIX. MENS. VI.

39.

In atrio S. Mariæ Majoris.

In sublimi pariete.

PETR. CARD. OCTOBONVS
S. R. E. VICECANC.
CLEM. XI. BENEFICIO
S. S. BASIL. LIBERIAN.
ARCHIPRESBYTER
PORTAM AVREAM APERVIT
MOX EPIS. SABIN. CLAUSIT
BENEDICTO XIII. SEDENTE
ANNO IVBILEI MDCCXXV.

D

L

40.

*In oratorio sanctae Mariae in Via .**In sublimi pariete .*

PETRO EPISCOPO SABINENSI
 CARDINALI OCTOBONO S. R. E. VICECANCELLARIO
 PROTECTORI VIGILANTISSIMO
 QVOD TABVLAM A CELEBERRIMO FRANCISCO TREVISANO
 FAMILIARI SVO PICTAM DONO DEDERIT
 MONVMENTVM
 ANNO MDOCXXIX.

41.

*Ibidem .**In sublimi pariete .*

PETRO CARD. OTHOBONO EPISCOPO TVSCVLANO
 S. R. E. VICE . CANCELLARIO
 QVOD HANC SODALITATEM
 SINGVLARI BENEFICIO PROSECVTVRVS
 EIVS ALTARE VI. ID. SEPTEMBRIS
 SOLEMNI RITV CONSECRAVERIT
 AC CENTVM DIERVM INDVLGENTIAM
 IN FESTO CONSECRATIONIS
 QVOTANNIS FVERIT ELARGITVS
 PRIMICERIVS CVSTODES ET CONFRATRES
 PATRONO BENEFICENTISSIMO
 PERENNE GRATI ANIMI MONVMENTVM POSVERE
 ANNO DOMINI MDCCXXI.

San.

42.

Sancti Gregorii ad Clivum Scauri.

In fronte majoris sacelli.

D. O. M.

ARAM

MARMORE . INSIGNEM . ATQVE . AERE
 EMINENTISS. S. R. E. CARD. ANGELI . MARIAE . QVIRINI
 LIBERALITATIS . AMORISQVE . ERGA . MONACHOS . CAMALDVLENSES
 PERPETVVM . MONIMENTVM
 IN . HONOREM . SS. ANDREAE . ET . GREGORII
 SACRIS . RITIBVS . DEDICAVIT
 D. PAVLVS . ANTONIVS . MASTRIVS . ABBAS
 VI. NON. MAII
 ANNO . DOMINI . MDCCXXXIV.

43.

Ibidem aextrorsum.

S. ANDREAE . APOSTOLO
 QVOD . SOLEMNI . EIVS . DIE
 TRICESIMA . NOVEMBRIS
 ANNI . MDCCXXIII.
 IN . BASILICA . S. MARCI
 EPISCOPALEM . VNCTIONEM
 RECEPERIT
 ANG. M. CARDIN. QVIRINVS
 ANTISTES
 PRIMVM . CORCYRENSIS
 DEINDE . BRIXIENSIS
 VENERATIONIS . ARGVMENTVM
 TANTIS . AVSPICIIS . DEBITVM
 EXHIBITVRVS
 PRINCEPS . HOC . SACELLVM
 TEMPLI . EIDEM . DICATI
 ARA . IMAGINE . PAVIMENTO
 ALIISQVE . ORNAMENTIS
 INSTRVXIT
 ANNO . MDCCXXXIV.

44.

Ibidem sinistrosum.

S. GREGORIO . MAGNO
 QVEM . HVIVS . TEMPLI . AEDES
 PATRONVM . ALTERVM
 ANTBA . CONDITOREM
 MONACHVM . ET . ABBATEM
 VENERANTVR
 AEQVE . AC . ANDREAE . APOSTOLO
 DEVOTI . CVLTVS . OBSEQVIVM
 PRAESTATVRVS
 ANG. MAR. TIT. S. MARCI
 CARDIN. QVIRINVS
 S. R. E. BIBLIOTHECARIVS
 SACELLVM . HOC . ORNAVIT
 QVO . GRATI . PARITER . ANIMI
 ERGA . AEDIVM . INCOLAS
 CAMALDVLENSES . MONACHOS
 OB . VANGADICIAE . ABBATIAM
 QVAM . IN . EO . ORDINE . OBTINET
 STATVERET . MONVMENTVM
 ANNO . MDCCXXXIV.

D 2

San-

45.

*Sancti Marci.**In porticu.*

ANGELO MARIE TIT. S. MARCI CARD. QVIRINO
EPISC. BRIXEN. S. R. E. BIBLIOTHEC.

QVOD

VETERIBVS FATISCENTIBVS NOVA IN PRESBYTERIO SEDILIA CON-
STRVXERIT

VERMICVLATAS IN FORNICE PICTVRAS RESTITVERIT
ET PARIETES HOLOSERICIS PERISTROMATIS HONESTAVERIT
BASILICA VNDIQUE SVÆ MVNIFICENTIE INSIGNIBVS EXORNATA
CAPITVLVM ET CANONICI

BENEFACTORI EXIMIO SEMPITERNA MEMORIA RECOLENDO
VITA SVPERSTITUTE

MISSAM DE SPIRITV SANCTO DIE INAVGVRATIONIS AD PVRPVRAM
POST EXVTAM VERO MORTALITATEM

ANNIVERSARIVM PERPETVVM DIE DEPOSITIONIS EIVSDEM
QVOTANNIS RITV SOLEMNI CELEBRANDVM

VNANIMI LICET IMPARI ACCEPTIS GRATIS VOTO SANXERVNT
SANCTIONEMQVE SVCCESORES OBLIGATVRAM
MARMORE INSCVLPI CVRARVNT
ANNO DOMINI MDCCXXXV.

46.

Sancti Marci.

*In choro canonicorum sub aenea imagine Pauli II.
literis itidem aeneis.*

CHORO SEDIBVS IAM INSTRVCTO
THOLIQUE PICTVRIS REFECTIS

A. M. TIT. S. M. CARD. QVIRINVS

AN. DO. MDCCXXXV.

OPERI CORONIDEM

NVMISMA HOC

POSVIT

Sen-

47.

Sancti Laurentii in Damaso.

In pariete.

DEO VNI ET TRINO
ET SS^{MO} EVCHARISTIE SACRAMENTO
PETRVS EPISCOP. PORTVEN. CARD. OTTHOBONVS
S. R. E. VICE CANCELLARIVS
ET HVIVS BASILICÆ PERPETVVS COMMENDATARIVS
HOC ALTARE PROPRIIS SVMP^TIBVS A FVNDAMENTIS ERECTVM
NON: AVGVSTI AN: DOM: MDCCXXXVI.
SOLEMNI RITV DEDICAVIT
IPSAQVE DIE ET ANNIVERSARIA IDEM INVISENTIBVS
PLENARIAM PECCATORVM INDVLGENTIAM
EX INDVLTO APOSTOLICO ACQVIRENDAM CONCESSIT

48.

Ibidem.

D. O. M.

PETRO OTHOBONO
EPISCOPO PORTVENSI ET CARDINALI VICECANCELLARIO
PATRONO MVNIFICENTISSIMO
QVOD
AVGVSTISSIMI SACRAMENTI SACELLVM
SVMP^TVOSISSIME ORNARIT DITAV^ERITQVE
EIVSQVE ARAM NONIS AVGVSTI SOLEMNI RITV SACRARIT
ARCHICONFRATERNITAS SANCTISS. CORPORIS CHRISTI
DVOBVS IN PERPETVVM ANNIVERSARIIS DECRETIS
PRO IPSO AC PATRVO EIVS AMPLISSIMO
ALEXANDRO VIII.
HOC GRATI ANIMI MONVMENTVM POSVIT
ANNO DOMINI CIO. IOCC. XXXVI.
PETRO BONCOMPAGNO LVDOVISIO OTHOBONO DVCE FIANI
XAVERIO ADVOCATO IVSTINIANO PRIORIBVS
FRANCISCO MEVLA PETRO CONSTANTIO LAVRENTIO ROTA
IOANNE BAPTISTA DE MARINIS CVSTODIBVS
MICHAELE TESTA CAMERARIO.

San-

INSCRIP. VENET.

49.

Sancti Marci.

In utroque obfidi latere.

ANGELVS MARIA
TITVLI S. MARCI
PRESBYTER CARDINALIS
QVIRINVS
EPISCOPVS BRIXIENSIS
ET S. SEDIS BIBLIOTHECARIVS
ANNO SAL. MDCCXXXVI

50.

Ibidem.

In pariete.

SACELLVM HOC
SANCTISSIMI SACKRAMENTI
IN QVO
SCILICET IN IPSOMET SEPVLCRO
MARCI BARBI CARD. AQVILEIENSIS
CINERIBVS ADSERVANDIS EXTRVCTO
HISDEMQUE VACVO FORTE REPERTO
SVOS TVMVLARI MANDAVERAT
ROME GRAVI MORBO DECVMbens
AN. MDCCXXXVII
ANGELVS MAR. TIT. S. MARCI CARD. QVIRINVS
S. R. E. BIBLIOTHECARIVS ET EP. BRIX.
SOSPES ARA THECA EVCHARISTICA
SEPTIS ALIISQVE ORNAMENTIS
INSTRVXIT
AN. MDCCXL

S. Ca.

51.

S. Calixti.

Humi.

D. O. M.

LEANDRO EX COMITIBVS DE PORCIA S. R. E. CARDINALI
COENOBII PATAVINI S. IVSTINAE MONACHO CASSINENSI
S. PAVLI EXTRA MOENIA ABBATI BENEMERENTISSIMO
VIRO DOCTRINA CONSILIO DEXTERITATE SPECTABILI

CLEMENTE XI INNOCENTIO XIII

INDICIS INDVLGENTIAE VISITAT. APLICAE S. OFFICII
CONGREGATIONVM CONSULTORI

A BENEDICTO XIII

EPISCOPO BERGOMENSI ET CARDINALI RENVCIATO

A CLEMENTE XII

GRAVIORIBVS SEDIS ROMANAE NEGOTIIS ADHIBITO

INDICIS PRAEFECTVRA AVCTO

QVEM

PVBlico BONO PROGVRANDO

XENODOCHII S. SPVS IN SAXIA AFFLICTIS REB. RESTITVEN.

DILIGENTIA ROBORE ANIMI ADLABORANTEM

INTEMPESTIVA MORS RAPVIT

IV. IDVS IVNII ANNO AETAT. LXVI MENS VI DIEB XVIII

IOHANNES ARTICVS ET VVILLELMVS PORCIAE COMITES

FRATRES AMANTISSIMI POSVERE

ANNO CHRISTI MDCCKL

52.

Santi Marci.

In pavimento sacelli SSmi Sacramenti circa stemma.

ANGELVS MARIA QVIRINVS S. R. E. CARD. BIBLIOTHECARIUS

A. S. MDCCKLII.

Ibi.

53. 54.

*Ibidem.**In choro canonicorum.**Dextrorsum.*

DILEXI

DECOREM DOMVS TVÆ

ET LOCVM

HABITATIONIS GLORIÆ TVÆ

A. M. QVIRINVS

S. R. E. CARD. BIBLIOTHECARIVS

EPISCOP. BRIXIENSIS

ET S. MARCI COMMENDATARIVS

ANNO DOMINI

MDCCXXXIV.

Sinistrorsum.

DOMINE

TVA SVNT OMNIA

ET QVÆ DE MANV TVA ACCEPIMVS

REDDIMVS TIBI

A. M. QVIRINVS

S. R. E. CARD. BIBLIOTHECARIVS

EPISCOP. BRIXIENSIS

ET S. MARCI COMMENDATARIVS

ANNO DOMINI

MDCCXXXIV.

55.

*S. Alexii in Aventino.**In abside novi templi.*

ANGELO MARIE QVIRINO

S. R. E. CARDINALI EPISCOPO BRIXIENSI

VATICANÆ BIBLIOTHECÆ PRÆFECTO

HIERONYMIANÆ FAMILIÆ

PROTECTORI PATRONO CONSERVATORI

BENEFICENTISSIMO

MAGNIFICI BRIXIANI TEMPLI

CELEBERRIMAS ROMANAS GRÆCASQVE MOLES

ÆMVLANTIS

CONDITORI

ET PRÆTEREA ROMÆ ET BRIXIÆ

PLVRIVM SACRARVM ÆDIVM

INSTAVRATORI

QVOD

HVIVS ETIAM PRINCIPEM PARTEM

DVM TITVLVS ISTE MISERE VACARET

LARGO PROFVSO ÆRE

REPA-

CLASSIS II.

XXXIII

REPARAVERIT AVXERIT ORNAVERIT
D. IOH. CAROLVS GALIMBERTI
ABBAS GENERALIS
ET MONACHI HIERONYMIANI
ÆTERNI OBSEQVII MONVMENTVM PP.
A. D. CIO IOCCXLIV.

56.

S. Gregorii ad cliuvm Scauri.

In atrio.

ANGELO MARIE QVIRINO
S. R. E. CARDINAL. BIBLIOTHECARIO
QVI TEMPLI HVIVS PRINCIPEM PARTEM
PRÆCLARISSIME ORNAVIT
TOTVMQVE PAVIMENTVM INTEGRO MARMOREVM
MAGNIFICE AVXIT
CAMALDVLENSES MONACHI
GRATI ANIMI ERGO M. PP.
ET QVOTANNIS DIE NONA DECEMBRIS
QVA IN AMPLISS: CARD: ORD: EST COOPTATVS
SOLEMNI MISSA DE SP̄V S. QVOAD VIXERIT
DEFVNCTORVM VERO POST EIVS OBITVM
QVA DIE NATVRÆ DEBITVM PERSOLVET
MVNIFICENTISSIMI PRINCIPIS MEMORIAM
PERPETVO COLENDAM SANXERVNT ANNO XPI MDCCXLV.

57.

Ibidem.

In medio pavimento circa stemma.

* ANG. M. QVIRINVS, S. R. E. CARD. BIBL. EP. BRIX. PAVIM:
MVSIV. ET. TESSELL. OPER. P. A. CIO IOCCXLV.

R

S. Prae-

58.

*S. Praxedis .**In sublimi pariete .*

ANGELO MARIE QVIRINO
 S. R. E. CARDIN. BIBLIOTHECARIO
 QVOD
 SANCTÆ PRAXEDIS TITVLVM GERENS
 SIBI EX EO QVOTANNIS OBVENIENTES
 TAM CERTAM PECVNIE SVMMAM
 QVAM DOTALIS SVBSIDII ASSIGNANDI
 POTESTATEM PERPETVO CESSERIT
 PAVPERVM HVIVS PAROCHIE
 CALAMITATIBVS SVBLEVANDIS
 ABBAS ET MONACHI
 GRATI ANIMI ERGO
 ANNO REPARAT. SAL. CIO IOCCXLVII.
 P. P.

59.

S. Marci .

*In atrio palatii ,
 in sublimi
 pariete .*

A. M. CARD.
 QVIRINVS SA
 CROS FASTOS VE
 NETORVM INTVS DE
 SCRIPSIT OBSEQVII
 ET AMORIS SVI
 ERGA PATRIAM
 MONVMENT.

60.

*S. Alexii in Aventino .**Super templi portam interius affixa .*

TEMPLVM . S. BONIFACII . MARTYRIS
 AB . AGLAE . MATRONA . ROMANA . CONDITVM
 INNOCENTIO I. PONT. MAX. • S. ALEXII . NOMINE . AVCTVM
 SOLEMNI . CAERIMONIA . AB . HONORIO . III. DEDICATVM
 ANG. M. QVIRINVS S. R. E. CARD. BIBLIOTHEC.
 VETVSTATE . CORRVPVTVM
 DE . SVO . RESTITVIT . EXSTRVXIT . ORNAVIT
 ANNO . IVBIL. CIO IOCCCL.

Ibi-

61.

Ibidem.

*Sub ipsa templi porticu in marmorea basi, quae signum
justinet Benedicti XIII. P. M.*

STATVAM. HANC
BENEDICTO. XIII. VRSINO
BENEFACTORI. SVO
VERE. MAXIMO. VERE. OPTIMO
ANG. MAR. CARDIN. QVIRINVS
BIBLIOTHECAR. S. R. E. EPISC. BRIXIEN.
PONENDAM. CVRAVIT
VICE. ILLIVS
QVAM. SIBI, IPSI. HOC. EODEM. LOCO
BENEVOLE SANXERANT. ERIGENDAM
MONACHI. CONGREGAT. HIERONYMIANAE
ANNO CIO IOCCLII.

62.

In domibus nationis Illyricae.

Post ecclesiam S. Hieronymi.

BENEDICTO XIV.
P. M.
QVOD IN HÆC ÆDIFICIA E VETERIBVS
IAM PENE COLLAPSIS
IN ORNATIOREM AMPLIOREMQUE FORMAM
IVSSV ET AVCTORITATE
CAROLI REZZONICI S. R. E. CARD.
PATRONI BENEFICENTISSIMI
RECENS EXCITATA
AQVAM VIRGINEM IN SEXTANTE DEDVCI
SVA LIBERALITATE CONCESSERIT
CVRANTE FERDINANDO M. DE RVBEIS
PATRIARCHA C. POLITANO
NATIONIS ILLYRICÆ CONGREGATIO
LARGITORI MVNIFICENTISSIMO
D. N. M. Q. E.
ANNO SAL. MDCCLIII.

E 3

EPISCO-

E P I S C O P I

CLASSIS TERTIA.

I.

S. Mariae Majoris.

Humi, cum effigie lineis expressa.

PETRVS DE MONTE VEN
BRIXIAN. EPIS. ART. DOC

AC. I. V. SVI SAECVLI
CONSULTISS. QVI OBIIT

AN. D. MCCCCLVII.

XII. IANVARII

2.

Sanctae Mariae Novae.

Humi.

FRANCISCO. EXTINGTO. PATAVINO. ANTISTITE. FELTRI
ET. QVONDAM. MOESTAE. PRAESVLE. FERRARIAE
EXTICTVM. HVMANO. EST. QVĀTVM. VIRTVTIS. IVNO
CORPORE. NON TOTVS. ORBIS. HABERE. QVEAT
DEPOSITVS

ANNO D.

MCCCCLXII

III. ID. IANVARII

3.

Sancti Clementis.

Sepulchrum cum statua jacente.

SEDENTE. SIXTO. IIIL

IOANNI. FRANCISCO. BRVSATO. PATRIA. VERONEN. IVR

IS. V. CONSVLTO. BARTHOLOMEI. ROVERELLE. CARDINALIS

RAVEN.

RAVEN. NEPOTI. EX. SORORE. ANTISTITI. CASSANEN. ET
IN NICOSIEN. ARCHIEPVM. TRANSLATO. CŌPLVRIBVS
LEGATIONIBVS. ET APPLICIS ET REGIIS. FVNCTO. DO
CTRINA. GRAVITATE. MORIBVS. ET. MVLTIS. OP
ERIBVS. ADMIRANDIS. CLARO.

QVI. VIXIT. ANNIS. XXXXIII.

FLORIVS. ROVERELLA. NEPOTI. EX. TESTAMENTO P.

4.

Sancti Marci.

*Humi, cum imagine lineis expressa, in cujus media
insculpta est inscriptio.*

ANGELO EPIS. FELTREN. VENETO EX NOBILI
GENTE FASTOLO_R FOSSAE CLOD. TVR (sic) CIVIL.
ET PONT. CONSVLTO PH. II. PONT. MAX. IN
EPYRO ET MYRIA PRO FID. CATHOL. LEGATO
PAVLI. II. A SECRETIS REFEREND. FISCI

APOSTOL. PRAEF.

MARCVS BARBVS CARD. S. MARCI
EPISC. PRENEST. OB SIMILITVDINI (sic) MOR.
BENEVOLENTIA SINGVL. MONIMEN SVO.

CONIVNCTV VIVVS B. M. P.

VIX. AN. LXIII. M. X. D. III.

OLIVERIVS CARAFA CARD. NEAP. ET

FRANCISCVS PICCOLOMINEVS CARD. SENEN.

EXECVTORES ABSOLVEND COERAVERVNT (sic)

5.

S. Mariae supra Minervam.

Nobile sepulchrum cum statua jacente.

In urna.

VIVITE. MORTALES: CVRAE

QVOT VIVITIS ANNIS

NON SIT: SED VOBIS QVAM

BENE VITA FLVAT.

Sub

Sub eadem.

BENEDICTO PATRITIO VENETO: EX VE
TVSTA NOBILIQUE SVPERANTIORVM
FAMILIA. ARCHIEPISCOPO NICOSIENSI:
APOSTOLICO SECRETARIO: INNOCEN: VIII:
ET ALEXAN: VI. RO; PONT: SACRIS
CERIMONIIS ASSISTENTI: VIRO FACVNDIA
INGENIIQVE ACRIMONIA CLARO.
PATRIAE CVLTV: RELIGIONISQVE OB
SERVANTIA PIENTISS.

VICTOR FRATRI B. M. POS.
VIX. AN. XLVIII. MENS. VII. D. XV.
OBIIT ANNO SALVTIS. M. CCCC.
LXXXV. VI. NON. IVLII

6.

*S. Honuphrii.**Sepulchrum cum protome.*

IO. BAPTISTAE. GARZONO. VENETO
EPO. ABSOREN. RELIGIONE. EXIMIA
MORIBVS. FACILLIMIS. PROBITATE. INCOMPARABILI
LIBERALITATE. INSIGNI. QVI. AMICIS. VIVENS. VSVI
AC. VOLVPTATI. MORIENS. INCREDIBILI. MERORE
AC. DESIDERIO. FVIT. FRATRES. B. M. P. M. D.
VIXIT. ANNIS (sic)

7.

*S. Mariae de Aracoeli.**Sepulchrum statua exornatum.*

D. O. M.

PETRO DE VINCENTIA PONT CESENAT CAMERAE
APOST AVDITORI IVDICVM DOCTISS AC INTEGERR
CVIVS CIVINA ATQ. EXIMIA VIRTVS QVE NVLLAS
SIBI INIMICITIAS PRO PVBLICA SALVTE VITAVIT DIV
OBPRESSA CVM TANDEM EMERSISSET BONIS OMNIB.
HERES EX TESTAMENTO OPT. DE SE MER.
OBIIT XII. AVGVSTI MDLXXV. AN. IVB.

N 2

S. Ma-

5.

*S. Mariae Angelorum societatis textorum .**In pariete .*

D O M

CHRISTOFANO PANICHETI
 BERSANO PRIMO FONDATOR
 ET BENEFATORE DELLA CON
 PAGNIA DE S. M. DEGLI AGILI (sic)
 DE TESITORI DE LINO ET LA
 DETA CONPAGNIA LIA DE
 FARE SELEBRARE OGNA
 ANNO VNO ANIVERSARIO
 CON TRE MESSE PICCOLE
 PER LVI VN ALTERA PER LA
 MOLIE IL PRIMO DI FATA LOTA
 VA DE MORTI MDLXXXVIII
 LAZORO DE NICHIO
 LO DI MONTI DA
 RETSO DE TOSCANA
 LAZARO DE NICHIOLO DAL MONTE
 • DA REZO DI TOSCANA BENEFATORE (sic)

6.

*SS. Faustini , & Iovitae .**In pariete .*

D. O. M.

MEMORIAE AETERNAE

ILLVSTRIS VIRI PAVLI AVOGADRI BRIXIANI
 QVI OB INSIGNEM ANIMI ERGA DEVM PIETATEM
 SSQ. FAVSTINVM ET IOVITAM PATRIÆ SVÆ PATRONOS
 AD TVENDAM AMPLIFICANDAMQ. BRIXIANORVM SOCIETATEM
 EORVM SS. NOMINE IN VRBE NVPER INSTITVTAM
 PRO SACRIS DIEBVS SINGVLIS IN EA FACIENDIS
 MILLE AVREOS NVMMOS MORIENS LEGAVIT
 SOCIETATIS ORDO BENEMEREN. P.
 CIO D LXXXIII

S. Gre-

7.

S. Gregorii in clivo Scauri.

Humi.

D. O. M.

PETRO MARIAE DE OBIZIS BRIxiEN
FLORE E^s SORORI ET ANGELE FAMVLAE
QVI OBIIT DIE XXII NOVEN
MDXCVII
GRATA SOC BRIxiANOR
HAERES EX TESTAM.
CONFRI BENEFAC TORI
P. C.

8.

SS. Faustini, & Jovitae.

Humi.

D. O. M.

PETRO MARIAE OBIZO
BRIxiENSI
VIRO FRVGI ET MORIBVS
INTEGERRIMO
SODALITAS BRIxiENSIVM
HERES TESTAMENTO RELICTA
GRATI ANIMI MONVMENTVM
SODALI POSVIT
AN. DOM. MDIHC

9.

S. Nicolai apud Caesarinos.

Humi.

D. O. M.

ANDREÆ LOCATELLO
BERGOMATI INTEGRO
INSIGNIQ. PIETATE VIRO
CVIVS DISPOSITA AD PIAS
CAVSAS CLERICI REGVLARES
SOMASCHAE IN COLLEGIO
HVIVS ECCLESIAE
COMMORANTES BENEMERITI
EXEQVI SATAGENT
VIXIT ANN. LXVI. OBIIT XV
KLEN (sic) MARTII. M. D. XCVI.
HIER. LOCATELLVS FR
ET HAERES EX TESTAMENTO
POSVIT

SS. Trif.

INSCRIP. VENET.

IO.

*SS. Trinitatis peregrinorum.**In atrii pariete.*

D. O. M.

IVLIO COCCIANO BRIxiEN
 QVI PRO NVBENDA QVOLIBET TRIENNIO
 PVELLA VIRGINE
 CVM ELEMOSINA. SCVT. VIGINTIQVINQVE
 COMPTATA VESTE PER EIVS FILIAM ET SVCCES.
 IN PERPETVVM NOMINANDA. TRIA LOCA
 MONTIS ALVMINIBVS ASSIGNAVIT
 GRATA. ARCHICONFR. EX TESTAM. POSVIT
 KLN. (sic) OCTOB. M. D. LXXXXVI

II.

*SS. Faustini, & Jovitae.**In pariete.*

D. O. M.

QVOD IVLIVS COCCEIANVS BRIx
 LEGAVIT SODALIT. LOCA TRIA
 MONTIS ALVMINARIÆ EA LEGE VT
 NEQ. VENDERE PIGNORARE ALIENARE
 VE VLL. VNQ. POTESTAS SIT SED EX
 EOR. REDD. TERTIO QVOQ. ANNO
 FESTO HVIVS ECCLĒ INOPS VIRGO
 QVAM CONSTANTIA EIVS FILIA ET
 CONSTANTIÆ FILII HERED. ET SVCC
 IN PERPETVVM OPTAVERINT COLLOCE
 TVR DOTI XXV. SCVT. VESTE TAMEN
 SAIE NVRSINÆ IMPVTATA RELIQVVM
 REDITVVM DIVINIS HVIVS ÆDIS
 OFFICIIS AC PAVPERIB. DOMVS
 HOSPITALIS ALENDIS VSVI SIT
 PRIOR ET CVSTOD. PIÆ CIVIS SVI
 VOLVNTATI PARENDI ERGO REI
 M. P. KAL. DECEN. M. D. XCVI

S. Ho-

12.

*S. Homoboni.**In pariete cum imagine depicta.*

D. O. M.

ANDREAS DE ALEXANDRIS VENETVS
 ARAM HANC AD DEIP. VIRG. ET SS. ANDREAE
 ET FRANCISCI HONOREM EREXIT ORNAVITQ.
 QVATVOR LOCORVM MONTIS ALVMINVM DOTĒ
 EA LEGE ATTRIBVTA VT VEN. SS. ANTONII
 DE PADVA ET HOMOBONI SODALITAS
 SINGVLIS PERPETVO HEBDOMADIS SECVNDA
 FERIA PRO DEFVNCTIS ET SABBATO B. VIRGINI
 SACRVM FIERI CVRET SVB POENA DEVOLVTIONIS
 QVAE EXTANT IN ACTIS AGAPETI RICH
 DIE XXII. OCTOBRIS M. D. IIC.

13.

*S. Mariae de Monterone.**In pariete.*

AD OMNIP. DEI GLOR. ET POSTERORV̄ EXEMPLV̄
 IACOBVS RVBIO EX OPP.^{DO} CERVERÆ VICEN. OLIM NVNC
 CELSONE DIQEC. ADHVC VIVENS PRO SE ATQ. OMNIB.
 QVIB' APVD DEVM DEBITOR EST, SACRVM HEBDOMADIS
 SINGVLIS, QVOT ANNIS VERO FIERI ANNIVERSARIV̄.
 ET XENODOCHII HVIVS ECCLESIE PAVPERIBVS IVLIVM
 VNVM QVOTIDIE EX BONIS SVIS HOSPITALI ET ECCLESIE
 RELICTV̄ EROGARI PERPETVO, EX TESTAMENTO ISTITVIT
 VT CŌSTAT PER ACTA IO HIER RABASSA DIE XXIV MARTII.
 ANNO MDLXXXVI ET IIII FEBRVARIJ MDCHII

S. Ma.

INSCRIP. VENET.

14.

*S. Mariae de Planctu.**In pariete.*

D. O. M.

MEMORIE ANTONII FLODI BERGOMA
 TIS OB LEGATVM CERTÆ PIÆ CAUSÆ
 AB EO DATVM ET COMMVTATIONE AP
 LICA ECCLESIAE SANTI (sic) MARTINI CV
 MONERE CELEBRANDI SINGVLO MEN
 SE IN PERPETVVM QVATVOR MISSAS
 PLANAS ET VNAM CANTATAM PRO
 EIVS ANIMA APPLICATVM HÆER (sic)
 EDES PP ANNO DÑI MDCVII
 DIE XVI MĒSIS IANVARIJ

15.

*SS. Faustini, & Jovitae.**Humi.*

D. O. M.

IO. MARIE RACCANEO. TONSORI
 INDVSTRIÆ. (sic) CONTINENTIA
 AC. PIETATÆ. INSIGNI. OB. OMNIA
 EIVS. BONA. AD. NVBENDAS
 VIRGINES. RELICTA. SOCIETAS
 BRIXIEN. HÆRES. INSTITVTA
 PIO. SOCIO. BENEVOLENTIÆ
 TESTIMONIVM. POSVIT
 ANNO. DÑI. M. DC. VII
 ET. VERO. LXV.

6074

16.

Sancti Spiritus in Saxia.

In majoris atrii pariete.

D. EVANGELISTA. TORNIOLO
EPISC. TIFERNI. PRECEPTORE
FRANCISCVS DE BELLIS BERGOMENSIS
VT SACRVM PRO SVA ET SVORVM
SALVTE QVOTIDIE CELEBBRETVR
MILLE RELIQVIT (sic)
ANNO SALVTIS M. DG. XVII

17.

S. Bartholomaei Bergomen.

Humi.

D. O. M.

FRANCISCO DE BELLIS GVARISCI FILIO BERGOMEN
PROBATE OMNINO FIDEI ET INDVSTRIÆ VIRO
QVI CVM EIVS HEREDITATE VNAQVAQ. DIE SA
CRVM FACIEN. RELIQVIT SOCIS (sic) S. BARTHOLOMEI
ET ALEX. EIVSDE NAT. CONFRATRI AMAN. EX TEST.
HAERES (sic) BENEMERĒTI. POSVIT. VIXIT. ANNOS
LXXXIV. OBIIT ANNO MDCXVII. DIE
XI. AVG.

18.

SS. Trinitatis peregrinorum.

In pariete.

DEO. TRINO. VNI:
FRANCISCO DE BELLIS GVER
RINI F. BERGOMEN. CVM SS^{MB}
TRINITATIS ARCRICONFRAT
SCVTA MILLE TESTAM^{TO} LEGASSET
Q

VT

INSCRIP. VENET.

VT SINGVLIS DIEBVS SACRVM
DEFVNCTORVM CVM SEQVENTIA
SIBI SVISQ. AD PIACVLAREM PRO
DEFVNCTIS ARAM FACIENDVM
CVRARET PIA SODALITAS GRATI
HOC ANIMI MONVM. P.

19.

*S. Mariae supra Minervam.**In pariete.*

D. O. M.

ANTONIO. DE. IOANNE
NOBILI. IVSTINOPOLITANO
ARCHIC. SS. ANNUNTIATAE
QVOD IPSAM SINE PERPETVO ONERE
EX TRIENTE HAEREDEM INSTITVIT
SINGVLARIS BENEFICII MEMOR
PERPETVVM GRATI ANIMI INDICEM
POSVIT

OBIIT ANNO SALVTIS M. DCXVIII
AETATIS SVAE LXXX

20.

*S. Mariae in Via.**Humi.*

D. O. M.

ANT. DE. IOANNE. IVSTINOPOLITANVS
MILES. SS. PETRI. ET. PAVLI
HVIVS. MONASTERII. FRATRIBVS
RELIQVIT. ANNVM. REDDITVM
QVO. BIS. IN. MENSE. SACRVM. CELEBRETVR
PRO. ANIMA. SVA
OBIIT. ANNVM. AGENS. OCTVAGESIMVM
NONIS. APRILIS. MDCXVIII
EIVSDEM. MONASTERII. FRATRES. POSVERE

S. Ber-

21.

S. Bartholomaei Bergom.

Humi.

DEO VNI TRINO
 BONETTO DE BONETALLIS BERGOMATI
 ET CIVI ROMANO
 MERCATORI INTEGERRIMO VIRO PROBO ET
 FIDE PRÆSERTIM CONSPICVO
 QVI VT PRO SE SVISQVE HÆREDIBVS
 MISSA QVOTIDIE ET IN PERPETV̄ CELEBRET^{VR}
 MILLE HVIC ECCLESIE LEGAVIT CĒTVSSES
 BARTHOLOMĒA SOROR
 MARCVS
 DOMINICVS
 TESTAMENT
 AVVNCVLO SIBI POSTERISQVE SVIS POSS
 VIXIT ANN
 OBIT XIII KAL MDCXXII
 MORTALIS MORITVR . . . RES
 AGNOSCE
 QVÆ CVRÆ

22.

S. Iosephi fabrum lignar,

Humi.

D. O. M.
 NICOLAVS PIAZZA BERGAMEN (sic)
 HIC IACET
 OBIT DIE XXIII. IVNII
 MDCXXIV
 ARCHICONFRATERNITAS
 SANTI (sic) IOSEPHI
 CARPENTARIORVM
 VRBIS LEGATARIA
 PONI CVRAVIT IPSI TANTVM

O 2

SS.XII.

23.

*SS. XII. Apostolorum .**In claustris pariete .*

D. O. M.

HIERONIIMA MORA BRIXIENSIS
 VXOR CAMILLI MEVECH
 MINIATENSIS PIETATE DEDIT
 VIVENS. RR. FRATRIBVS BASILICÆ
 S. S. APOSTOLORVM DE VRBE SCVTA
 OCTIGENTA IN DIMINVTIONE
 PRETII DOMVS AB IPSA HLLIS
 VENDITA VT QVOTIDIE IN
 PERPETVVM PRO ANIMA SVA ET
 CAMILLI CELEBRARE TENEANTVR
 VNAM MISSAM PROVT CONSTAT
 PER ACTA BONINCONTRII NOTARII
 CAPITOLINI SVB DIE XXII
 DECEMBRIS MDCXXXI

24.

*S. Bartholomaei Bergomatum .**In pariete ante sacrarium .*

LVCAE . DE . VECCHIS . BERGOMATI
 ANTIQVAE . PROBITATIS . VIRO
 IN . COMPARANDIS . OPIBVS . AC . ILLIS . MAGNA . EX . PARTE .
 PIE . DISTRIBVENDIS . DILIGENTISSIMO
 QVI . ETIAM . NEGOTIIS . QVAMVIS . INFINITIS . IMPLICATVS
 NVNQVAM . TAMEN . PVBLICA . MVNERA . CHARITATIS . RECVSAVIT
 SED . EA . DIV . EXERCVIT . MVLTA . SVA . CVM . LAVDE
 ET . SOLLICITVDINE
 PRAEESSENDO . DIVERSIS . PAVPERVM . ET . EGROTANTIVM . DOMI-
 BVS
 ET . TANDEM . AD . COELVM . PLENVS . DIER . ET . BONOR . OPE-
 RV . EVOLAVIT

XVIII.

XVIII. MAII. MDCXXX. AETATIS. SVAE. LXXXIV.
NEPOTES. EX. ASSE. HAEREDES. NON. SINE PLVRIMIS. LACHRYMIS
PATRVO. BENEMERENTI. PONENDVM. CVRARVNT

25.

*S. Laurentii in Fonte .
In pariete .*

I. P. G.

HORATIVS BVSINVS SCVTA CENTVM
S. CONG. VRBANÆ DEDIT
VT IN HOC ALTARE PERPETVO
SEMEL IN MENSE
PRO ANIMA SVA SACRVM FIAT
VT IN TAB. LAVR. BONING
TABEL. CAPITOL.
DIE V. MENSIS DEC. M. DC. XXXII

26.

*S. Mariae Lauretanae .
Humi .*

D. O. M.

PETRO ROVAE BERGOMEN
BENEFACTORI ET VIRO
PRVDENTI FACTO
PRAELEGATO PRO MISSIS
IN HAC ECCLESIA
CELEBRANDIS
SODALITAS HAERES
ET PLINIA VXOR
HOC MONVMENTVM
POSVERE OBIT XXII
DECEMBRIS MDCXLV
AETATIS SVAE ANN.
LXXII

27.

*In ecclesia Nomini Mariae dicata .
In pariete .*

D. O. M.

PHILIPPVS DE RVBEIS VENETVS
HVIC ECCLESIAE
TITVLO DONATIONIS RELIQVIT
SCVTA QVATVORCENTVM
ONERE CELEBRANDI SINGVLIS HEBDOMADIS
FERIA SECVNDA SACRIFICIVM
NEC NON
IN DIE DEPOSITIONIS ANNIVERSARIVM
VT EX INSTRVMENTO
ROGATO PER ACTA TVLLH NOT. CAPITOLINI
VI. NON. OCTOB. MDCLXIII.

San

INSCRIP. VENET.

28.

*Sancti Bartholomaei Bergomen.**In pariete ante sacrarium.*

D O M

SOCIETAS SS. BARTHOLOMAEI ET ALEXANDRI
 NATIONIS BERGOMEN. DE VRBE
 AD HAEREDITATEM IO. BAPTAE LVCATELLI
 FILII CHRISTOPHORI EX OPPIDO MAPPELLI
 DEFUNCTIS EIVS DESCENDENTIBVS
 AC SVB CERTIS MODIS ET CONDITIONIBVS
 IN VRBE ET IN OPPIDO PRAEFATO IMPLENDIS VOCATA
 IN EXECVTIONEM ILLIVS VOLVNTATIS
 EX TESTAMENTO ROGATO A. D. LAVRENTIO BALDVCCIO
 CVR. CAP. NOT. DIE IV. MARTII MDCXXXIV
 HAEREDIBVS INIVNCTAM POSVIT
 ANNO SALVTIS MDCLXXII

29.

*S. Caroli in Via Lata.**In claustri pariete.*

D. O. M.

DEI CVLTVM QVEM VITAE BREVITAS PRÆRIPIT
 NOVIT VLTRA ÆTATES PRODVCRE PIETATIS INGENIVM
 CATHARINA DIANA BERGOMEN
 EXIMIE PROBITATIS VIDVA
 PERPETVVM SACRVM EX LEGATO INSTITVIT
 DVASQ. EX HAEREDITATE HVIC ECCLESIAE RELICTA DOTES
 PAVPERIBVS PVELLIS QVOT ANNIS DECREVIT
 TESTATRICI BENEFICENTISSIMÆ
 CONGREGATIO SECRETA

M. P.

ANNO DÑI MDCLXXVIII. XIV. KAL. IVLII

SS. Fan-

30.

SS. Faustini, & Jovitæ.

Humi.

D. O. M.

BETTINO TABLATINO CIVI BRIXIENSI
OB INSTITVTAM A SE RERV SVARVM
HÆREDEM ECCLESIAM
SANCTORVM FAVSTINI ET IOVITÆ
NATIONIS BRIXIENSIS IN VRBE
BENEMERITO
EIVSDEM ECCLESIE CONGREGATIO
GRATI ANIMI NONVMENTVM
POSVIT
VIXIT ANNOS L. OBIIT II. IVNII
MDCLXXXIII

31.

S. Bartholomæi Bergomen.

Humi.

D. O. M.

FRANCISCVS MANFRINVS.
BERGOMENSIS LXVI ANNIS
NATVS QUIESCIT HIC
POSTREME SONITVM TVBÆ
ET PIAS INTERIM LECTORIS
AD DEVM PRECES EXPECTANS
QVI SIBI IN SVFFRAGIVM
DECEN ANNVAS MISSAS
AB HAC VEN. SOCIETATE
CELEBRANDAS LEGAVIT
IOËS BAPT̃A. PETRVS. IOSEP (fic)
ET DOMINICVS MANFRINI
PATRI CARISSIMO
SIBI SVISQ. POSVERE
ANNO DÑI M. DC. LXXXI

SS. J. & S.

32.

*SS. Iesu, & Mariae in Via Lata.**Sepulchrum cum protome ex anaglypho.*

D. O. M.

HIC SITVS CAMILLVS A CORNV

PATRITIVS TARVISINVS

ET CANONICVS GENIO PRINCIPVM

GRATVS ET AMICORVM

VIR GRAVIS CONSILY

OMNIGENÆ LITERATVRÆ

ET FIDEI VERE GERMANÆ

MORIENS XIII. FEBR. M. DC. LXXX. ANN. LXX

RELIQVIT HVIC TEMPLO SCVTA 4090

POSTERIS DESIDERIVM SVI

33.

*Sanctae Mariae Lauretanae.**In pariete ante sacrarium.*

VALENTINO MOLARA FIGLIOLO DEL Q: DOMENICO DA LODER DIOC:
 D AQVILEIA FORNARO IN C. MARZO LASCIO EREDE VNIVERSALE
 LA NOSTRA COMPAGNIA CON IL PESO PERPETVO DI CELEBRARE
 CON LI FRVTTI DELLA SVA EREDITA TANTE MESSE BASSE NELLA
 NOSTRA V: CHIESA ALLA RAGIONE DI BAIACHI QVINDICI L VNA
 PER L ANIMA SVA E SECONDO LA SVA INTENTIONE VOLENDO
 CHE RESTI BAIACHI CINQVE PER CIASCHEDVNA MESSA ALLA
 SVDETTA O ALTRO CHE BISOGNERA PER SERVITIO DELLA CHIE
 SA CON L OBBLIGO DI METTERE VNA LAPIDE AL MVRO DEL COR
 RITORE DELLA SAGRESTIA CON L ESPRESSIONE SVDETTA COME
 PER SVO TESTAMENTO ROGATO PER GLI ATTI DEL GALLOPPI
 SEGRETARIO DI CAMERA LI XIX LVGLIO MDCCXI E PER DVE
 CODICILLI ROGATI PER LI MEDEMI ATTI LI XXVII SETTEMB
 RE DI DET: ANNO ALLI QVALI &c.

ET IN ESSECVTIONE DI DETTA SVA VOLONTA ORDINARNO CHE
 SI PONESSE LA SOPRADETTA COME SOPRA

STEFANO AMONINI

STEFANO RIGO

CARL: ANTONIO CANPANARI

PIETRO PAOLINI CAMERLENGO

GIO: BATTISTA FABELLI PROVEDITORE

)
)
)

GVARDIANI

6. Bar.

34.

S. Bartholomaei Bergomen.

Humi.

D. O. M.

IOSEPHO BVSIO

ANTIQVAE PROBITATIS VIRO

QVI MORIENS VT OMNIA BONA SVA

SECVM PORTARET

.....

.... SOCIET]

CVI

PRO

EX ASSE DIXIT HEREDEM

BËRGOMATES

HOC IN

MONVMEN ...

OBHT XIII OCT

ÆTATIS

P

AFFE-

AFFECTUS

PARENTUM ERGA FILIOS, ATQUE
HORUM ERGA ILLOS.

CLASSIS DECIMATERTIA.

1.

S. Chrysogoni.

Humi.

CONSTANTINO BONO
BRIXIEN. CLARAE INDOLIS
ADOLESCENTI FATORVM
INIVRIA MORTE INMATV
RA SVBREPTO
GRATIADIVS INFAVSTVS
PATER FILIO PIENTISS. GE
MENS POSVIT
VIXIT AN. XX
M. V. D. VII.
OBIIT PRID
(sic) HALEND
AVGVSTI
MCCCCLXXXVIII

2.

S. Bartholomaei Bergomen.

Humi.

D O M
ARAETE DELLANCHA BER
GOMENSI VIRO OPTIMO
ET IN REBVS GERENDIS
SOLERTISSIMO ALEXAN
DER ET PAVLVS FILII PAT
RI PIENTISSIMO POSVERE
VIXIT ANNOS XL. MEN
SES DVOS ET DIES XII
OBIIT XVIII. K. IVLII
M. D. L. XVII.

3.

Ibidem.

Humi.

D. O. M:
ANGELICAE FILIAE
SVAE KARISSIMAE
QVAE OBIIT
DVODECIMO KAL
MARTII MDLXIX

C L A S S I S X I I I .

CXV

**BONVS SPINVS
BERGOMENSIS
TVMVLVM HVNC
SIBIQUE POSTERISQVE
SVIS**

4.

S. Mariae de Horto .
Humi .

**D. O. M.
LAVREAE ADOLESCENTVLAE
INCVLPATAE VITAE
ET CASTITATIS EXIMIAE
QVE CVM IO. IACOBO
DE MVTHS BERGOMESI
VIRO SVO SINE VLLA
QVERELA VIXIT
OBIIT IN PARTV IDE I (sic)
SEPTEMB. MDLXX. VIX.
AN. XVI. M. X. D. XX
IACOBVS DE AVGVSTIS
BERGOMENSIS PATER
FILIAE DVLCISSIMAE
ET AMANTISSIMAE
MOERENS P.**

5.

S. Mariae in Via Lata .
Humi .

**D. O. M.
CONSTANTINO RHALLO
VENETO
QVI MAIORIBVS OPVLENTISSIMIS AC
POTENTISSIMIS EDITVS IN SVMMA
COMMVTATIONE FORTVNAE
P 2**

SVM.

INSCRIP. VENET.

SVMMAM ANIMI AEQVITATEM IN
 SVMMA INTEGRITATE VITAE
 PLACIDISS. MORES IN SVMMA
 ERVDITIONE PAREM MODESTIAM
 PERPETVO RETINUIT
 POLIDORVS RHALLVS FILIVS
 PATRI DOLORE CONFECTVS P.
 VIXIT AN. LXVIII. MEN. III. D. IX.
 OBIIT IDIB. SEPTEMB.
 MDLXXIII

INA ΘΑΝΩΝ ΒΙΩΣΕΙΕΝ
 ΕΒΙΩΣΕΝΩΣ ΘΑΝΟΤΜΕΝΘΣ (sic)

6.

S. Bartholomaei Bergom.

Humi.

D O M

IACOBINO DE PONCIALIS
 BERGOMENSI VIRO INTE
 GERRIMO MATHEVS (sic)
 ET IO. BAPTISTA PATRI
 BENEME POSVERVNT
 VIXIT ANN LXV
 OBIIT XV SEPTEM
 ANNO IVBILEI MDLXXV

7.

SS. Trinitatis in Monte Pincio.

Humi.

D O M

IO ANDREAS ET IACOBVS
 BANA DE BIXONIBVS
 FRATRES BERGOMENS
 IO. ANTONII FILII SIBI ET
 MAGDALENE IO ANDREE
 VXORI POSTERISQ SVIS
 VIVENTES SEPVLCHRVM POS
 A D MDLXXXIII

8.

Sancti Chrysogoni ..

Humi.

D. O. M.

IO. FRANCISCO FILIO DVLCISSIMO
 BERNARDINVS ORIVS BRIxiEN. HOSPI
 S. MARIE CONSOL. DOMVS MAGISTER
 ET CINTHIA PARENTES MOESTISS. POSS.

LOCVM-

CLASSIS XIII.

CXVII

LOCVMQVE SEPVLTVRÆ SIBI
POSTERISQVE SVIS DELEGERVNT
VIX. ANNOS XVI. MENSES VII
OBIIT XI ID AVG ANN SAL MDXC

9.

S. Petri in Monte Aureo.

Humi.

D. O. M.

FRANC. BLASIVS CREMĒS
HOC SIBI VIVĒS POSTERIS
Q. SVIS FIERI CVRAVIT IN
QVO POSVIT LATATĪV
FILIŪ
ARMELINAQ VXORE ANŌ
IV. (sic) MDC DIE XXIII NOVĒ

10.

S. Mariae de Minerva.

Humi.

D. O. M.

FRANCISCO. RICCIO
VICENTINO. CIVI. ROMANO
OPTIMÆ. FIDEI. NEC. MINORIS
SOLERTIÆ. AC. PERITIÆ.
MERCATORI. QVI. CVM
REM. FAMILIAREM. SIBI. AC.
POSTERIS. ISVTISSIMIS. LVCRIS
AVXISSET. VITA. DIMINVTVS
DIEM. OBYT. IX. ID. AVGVSTI
M. D. C. X. V. PATRI. AMANTISSIMO
CECILIA. ET. ANGELA. FILIÆ
LVGENTES. PP.
VIXIT ANN. LXXVIII. MENS
IV. DIES. XVII.

San-

II.

*Sancti Augustini.**Humi.*

D. O. M.

IO. BAPTISTA . LVCATELLVS
 BERGOMENSIS . A . MAPPELLO
 SEPVLCRM . HOC . SIBI . VIVENS
 IACOBAE . VXORI . DILECTAE
 POSTERISQ. SVIS
 PERPETVO . DICAVIT
 OBIT . DIE . XVIII . MARTII
 M . DCXXXIV
 AETATIS . SVAE . ANNO . LXXX
 RAYMVNDVS . LVCATELLVS
 FILIVS . MESTISSIMVS . P .

I 2.

*S. Bartholomaei Bergomen.**Humi*

D O M

SEBASTIANO AGAZIO Q. MORESCHII FIL
 SVB MONTE BERGOM. DIOEC. ORTO
 VIRO PIETATE CLARISSIMO
 MERCATVRÆ NEGOCIIS PERITISSIMO
 VITEQVE MORIBVS INTEGERRIMO
 IVNIPERÆ DE SERAPHELLINIS ROMANÆ
 EIVS DILECTISSIMÆ CONIVGI
 QVE VIXIT ANN. XXXVI. OBIT III. APR. MDCLVII
 ANT. MORESCHO BARTHOLOMEO ALEXANDRO
 AC PETRO PAVLO DE AGAZIIS
 EORVM FILIIS
 IMMATVRO NECIS ICTV PEREMPTIS
 ANTONIVS FRANCISCVS PHILIPPVS
 ET BARTHOLOMÆVS MORESCHVS DE AGAZIIS

EO-

CLASSIS XIII.

CKIX

BORVM FILII ET HÆREDES
FRATRVM HAVD MINVS
QVAM GENITOR SVOR MEMORES AC AMANTIS^{MI}
TANTO MOERENTES FVNERE
AETERNVM HOC GRATI ANIMI MONVMENTVM
POSVERE
VIXIT SEBASTIANVS ANNOS LXX
MENSES AVTEM VI. DIES VERO XV
OBIIT XXIX. IANVARII MDCLXXIII

13.

S. Francisci ad Ripam.

Humi.

D. O. M.

IOANNI DE PACTIS BERGOMENSI

ET

ANNE ROMANÆ CORFINÆ

PARENTIBVS

ANTONIVS DE PACTIS ROMANVS

EX PATRIS PRÆSCRIPTO

SIBIQUE ET POSTERIS P.

A. SAL. MDCLXXXIV

16.

S. Mariae in Vallicella.

Humi, in gyro orbicularis lapidis.

VINCENTIO . LVCINO .

CREMEN.

QVI.

OBIIT . . . CA. VX . . .

FRANCISCVS . ET . HIER^S

FIL. MEREN.

PP

14.

S. Gregorii prope pontem Coestium.

Humi.

D. O. M.

CAROLVS FABELLVS

DE STATV VENETO

ÆTAT. SVÆ ANNOR. LX

OBIIT DIE VI. KAL. DECEMBRIS

MDCCV. PATRI OPTIMO

IOANNES BAPTISTA

MESTVS ETIAM PRO

SE SVISQVE M. P.

15.

S. Nicolai de Perfeetis.

Humi.

D. O. M.

IOANNIS ANTONII

SECCOMANNI BERGOMENSIS

IOANNES BAPTISTA FILIVS

EIVS VOLVNTATI ADHERENS

CORPVS HIC REPONI CVRAVIT

OBIIT DIE II. MENSIS IVN.

ANNO MDCCXXXVII

ÆTAT. SVÆ LXXXIV

AFFE-

AFFECTUS CONIUGUM

CLASSIS DECIMAQUARTA.

1.

*S. Jacobi Scoffa Carvalli.**Humi.*

D. O. M.

STEPHANO FRANCISCI
DE VOLÀ BERGOMEN
SIS VIRO SAGACI
CONSTANTIA VXOR
IOH. BAPTISTA
PETRVSQVE FILII
MOESTISSIMI
PATRI COLEN. NON
SINE LACRYMIS
POSVERVNT
VIXIT AN. LIX
ET OBIIT XXVIII
MAII ANNI
MDXXXVI.

2.

*S. Augustini.**Humi.*

D. O. M.

IO. ANTONIO MILESIO
BERGOMATI QVI OB EXIMIAM
MORVM PROBITATEM ET FIDEM
LEONI CLEMENTIQ SVMMIS
PONTT GRATISSIMVS
ORDINIS VERO HIEROSOLIMITANI
MAGISTRIS ET CONVENTVI
QVOAD VIXIT CVM RHODI TVM
ROMAE MAGNO VSVI SEMPER FVIT
VIXIT ANNOS LXXXVI
MENSES VII DIES XXVIII
OBIIT VII. ID. SEPTEMB. MDLVIII
ANTONIVS MILESIVS FILIVS ADOP.^s
ET CATHARINA VXOR OPTIME
MERITO POSS.

3.

*Ibidem.**Humi.*

ALEXANDER MILESIVS

SIBI SVISQVE

NOVVM HIC CORLVN ET NOVAM TERRAM EXPECTATVRI
QVVM NOVI TEMPLI FIERET PAVIMENTVM
ANTIQVVM INNOVAVIT SEPVLCRVN
ANNO RENOVATE SALVTIS
MDCXLIV

S. Pe-

4.

S. Petri in Monte Auro.

Humi.

D. O. M.

FRANCISCO MATREPERLA
VENETO VIRO SVMA FIDE
AC PIETATE INSIGNI ET IN
NEGOCHIS MERCATVRÆ
AGENDIS ERVDITISSIMO
AC INTEGERRIMO QVI
SVÆ ETATIS ANV
QVADRAG. AGENS
EX HAC VITA AD
BEATIOREM TRANSLATVS EST
AN. SAL. MDLXI. DIE
XX. IVL. MEN. DECEMBRI
VALERIVS MATREPERLA
FRATER ET FLAMINIA
GRITTA CONIVX
MESTISS PP.

IACOB. IANOTVS ROMAN. MARIT
Q. FLAMINIE DE GRIPTIS S. F.

6.

SS. Trinitatis peregrinorum.

Humi.

D. O. M.

CATHERINAE STELLÆ MATRONÆ ROMANÆ
OMNIBVS VIRTVTV ORNAMENTIS PRAEDITÆ
IVLIVS COCCEIANVS NOB. BRIXIENSIS
CONIVGI KARISSIMÆ
QVAM SICVTI AD VLTIMVM VSQVE VITÆ
SVMMO AMORE COMITATVS EST DIEM
ITA ET SEPVLCVRVM SIBI IVXTA CONSTRVXIT
VIXIT ANN. XLIII. MEN. III. D. IX
OBIIT AN. SAL. MDLXXX
DIE RESVRRECTIONIS DNICÆ

Q

5.

S. Augustini.

Humi.

D. O. M.

ANTONIE DE ROSSIS
PATAVINE CONIVGI
BENEMERENTI
FRANCISCVS BOCACIVS
ROMANVS SORORESQ
EIVS MOESTISSIME
POSVERVNT
OBIIT ANNO DOMINI
MDLXXV
III CALENDAS
OCTOBRIS

6. Ma

7.

S. Mariae de Aracoeli .
Humi .

ALBERTO MAFFAEO BERGOMEN
VENETOR TABELLARIOR
PRAEFECTO
MARTA CEROTA ROMANA
VXOR ET HAERES
CONIVGI B. M. P.
OB. VI. ID. MAIAS MDLXXXII
ET SVÆ ETATIS XXXIIX

8.

S. Bartholomaei Bergom.
Humi .

D O M
GRATIÆDEI
BENALIÆ
BAPTISTA ROTA
BERGOMAS
VXORI DILECTISSIMÆ
SIBI POSTERISQ
POS
ANNO SAL MDIC

9.

S. Mariae Lauretanae .
Humi .

D. O. M.
VINCENTIVS . DE . CAVALERIIS
BERGOMENSIS . SIBI . ET . LVCIE
VXORI . CHARISSIMÆ . SVISQ
POSTERIS . VIVĒS POSVIT
VIXIT . VINCENTIVS . ANN. (sic)
LVCIA . VERO . VIXIT . ANN. L.
MENSES . III. DIES . V. OBIIT
ANN. M. D. LXVI
XIII. KL. FEB.
VINCENTIVS . DE . CAVALERIIS
OLIM . FIERI . FECIT
NVNC . NATALIS . MAGNANI
RESTAVRAVIT SIBI SVISQ
HEREDIBVS . NONIS
M D

10.

S. Barthol. Bergom.
Humi .

D. O. M.
FRANCISCO MORONO
BERGOMEN. DE ALBINO
CONIVGI INTEGERRIMO
. IT ANN. XLVIII
. . . DIES XVIII OBIIT
. . . DÑI MDXCI
. XVIII. IVNII
IOANNI BAPTISTÆ MORONO
EIVS FILIO QVI VIXIT ANN
XIV. MEN. VI. DIES XXVII.
OBIIT ANNO DÑI MDCI
DIE XXV IVLII
MARIA GALLENSIS CONIVGI
ET FILIO CARISS. POSVIT
AN. DÑI MDCII

S. Mar-

II.

S. Martini in regione Montium .

Humi .

D. O. M.

MARGARITÆ BVRELLÆ
VXORI CARISSIMÆ
CVM QVA CONIVNCTISSIMÆ
VIXIT ANNIS XII
PETRVS ARCIVFFVS
BERGOMENSIS MARITVS
NON SINE LACHRIMIS SIBI
ET POSTERIS POSVIT
VIXIT ANNIS XXX
OBYT DIE XXII OCTOBRIS
MDCIII
IMMODICA VIRTUTE
IACET DIVTVRNIORE ÆTAS
NON FVIT CEV SEMPER MORS
FVIT IMMODOCIS

12.

*SS. Vincentii, & Anastasii
in Trivio.*

Humi .

D. O. M.

SEPVLCRVM DOMINICI
CANLEONIS BERGOMENSIS
EX TESTAMENTO POSITVM
A SABINA VVLPIANA
VXORE MESTISSIMA
ANNO MDCLXI
EADEM SABINA PRO SE ET
PARENTIBVS
SEPVLTVRAM ISTAM
CONSTRVXIT
ANNO MDCLXXXI

13.

S. Nicolai in Carcerē .

Humi .

BARTOLOMEO MAZZOLO
BERGOMENSI
INSIGNI PROBITATE VIRO
PRVDENTIA SOLERTIA
PRÆDITO

AMICIS CARO SIMVL AC BENEFICO
DE EO BENEMERENS
CŪ LACHRIMIS
CLERIA ALDINA VXOR AC FILII
POSVERE
ANNO MDCXCII.

Q.

San.

*Sancti Caroli Catinariorum.**Humi.*

D. O. M.

ANTONIUS FONTANA

VERONENSIS ÆTERNÆ

VITÆ

FONTEM SITIENS HVIVS

PEREGRINATIONIS CVRSV

EXPLETO HIC HVMARI

MANDAVIT VNA CVM OSSIBVS

DILECTISSIMÆ VXORIS

LVCRETIÆ MORETTÆ

OBIIT

AN

DIE

AFFE-

AFFECTUS

FRATRUM COGNATORUM ET AMICORUM:

CLASSIS DECIMAQUINTA.

I.

*S. Mariae de Aracoeli.**Humi.*

PETRO PASSERINO EX
FORO IVLII VTINENSI
FRATRI CONCORDIALI

Q. V. AN. XXX.

ET EIVS VXORI

TIRRESIE NICOLAVS LIBENS
POSVIT. M. CCCC. LXXXVIII.

2.

*S. Laurentii in Damaso.**Nobile sepulchrum cum imagine jacente.**In ipsa urna.*

D. O. M.

PAVLO GODDO VEICENTINO HIERONY
MVS. FR. PENE. DOLORE. MORIĒS PONI CVRAVIT
M. D. XXXV. MENSE. APRILI.

Sub eadem urna.

CVM NEQVEAS FRATRIS MISERAS AVDIRE QVERELAS
AD TVMVLVM QVI TE TERQVE QVATERQVE VOCAT
ACCIPERE PAVLE NOVO SPVMĀTIA POCVLA LACTE
QVAEQVE TIBI MITTIT TRISTIA DONA DOMVS
HAS LACHRYMAS PATER INFELIX EFFVNDERE IVSSIT

CVI

CVI SINE TE EXORITVR IAM SINE LVCE DIES
 HOS MISERI FRATRES FERRVGINEOS HYACINTHOS
 DIXERVNT HIERON ACCVMVLA AD TVMVLVM
 SIC NOS AETERNVM IN LVCTV̄ ALTERNASQVE TENEBRAS
 NON EXPECTATO CONIICIS EXITIO.
 HAC RATIONE TAMEN CASVM SOLAMVR AMARVM
 QVOD NVLLVM OB FACINVS SORS TE INIMICA TVLIT
 SED DVM MORTE TVA MORTEM PROPELLIS AMICO
 EXEMPLVM SANTAE (sic) LINQVIS AMICITIAE.

3.

*S. Luciae de Confalone.**Humi.*

D. O. M.

PETRO STELLÆ VERO
 NENSI OMNI VIRTVT.
 CVMVLATISSIMO CŪ
 CTIS SVI SIMILIBVS
 GRATISSIMO FRANCI
 SCVS STELLA PERNE
 CESSARIVS F. C. PERI
 IT NONAGENARIO MA
 IOR ANNO DÑI . M. D.
 XLIII. PRIDIE NONAS MAII
 ME GENVIT VERONA
 DEDIT MIHI ROMA SE
 PVLCHRŪ ME CELEBRAT
 VIRTVS, ME DECVS, ET
 PIETAS . SIDERA DVM
 STELLIS CONSTANT, DŪ
 QVE IGNIBVS AETHER
 NOMEN IN AETERNŪ
 STELLA MEŪ REMANET

4.

*S. Barbarae Librariorum.**Humi.*

D. I. S.

IO. BAPTISTÆ SIGNORIO
 DE COMENDVNO BERGO
 MATI VIRO INTEGERRIMO
 AC SVpra ÆTATEM PRV
 DENTI QVI ANNŪ XXVIII
 AGENS AB ĪMANIS . SICARIO
 ĪMERITO OCCISVS EST IO
 PETRVS IO. FRANCISCŪ ET
 IO. ALBERTVS MOESTISS
 FRATRI CONCORDISS. PP.
 ANN. DÑI M. D. LII.

S. Bar

5.

S. Bartholomaei Bergom.

Humi.

DOM

SVM

AC

PHILIPPO

ÆTATIS SVÆ XXXVIII

SEXTO KAL APRILIS

M. DLXXVII

VITA FVNCTO

IO PETRVS PREVITALIS

FRATRI AMPLIORA

MERENTI FRATRIQVE

FILIO IOANNO (fic) AC SIBI

POSTERISQVE SVIS VIVENS

POSVIT

6.

Ibidem.

Humi.

DOM

ANTONIO BOLIO

MERCATORI INSIGNI

BERGOM PIETATIS

PROBITATIS

ET MVNIFICENTIAE

NOTISSIMAE

MARTIA SOROR ET HERES

TESTAMENTARIA

P. C.

OBIIT III. ID. APRILIS

MDLXXXI

ÆTATIS SVÆ ANNO

XLVIII

7.

Ibidem.

Humi.

DOM

BONIS MORIBVS PREDITO

INTEGERRIMOQ AC SINGVLARI (fic)

INDVSTRIÆ VIRO IO MARIE IVGALI

BERGOMEN IOSEPH ET DOMINICVS

DE LVCAPELLIS FRATRES GERMANI

MVLTI CVM LACRIMIS POSVERE

VIX AN XXXV. MENSES VII

OBIT DIE TERTIA MENSIS SEPTEM

MDLXXXIIII

S. Lau.

8.

*S. Laurentii in Damaso.**Humi.*

D. O. M.

BERNARDINO AVOGADRO LAVRENTII IN ALMA
VRBE MERCATORI VIRO ANTIQVÆ PROBITATIS AC
ANIMI INTEGRITATE FIDE ET INNOCENTIA
COMMENDABILI DVM LXXVIII. ÆTATIS SVÆ
ANNVM AGERET III. KAL. IVNII M. D. XCII.
VITA FVNCTO. MARCVS ANTONIVS LVCATELLVS
BERGOMEN. IN EADEM VRBE MERCATOR EX
TESTAM. HERES POSVIT

9.

*S. Honuphrii.**Monumentum cum imagine depicta.*

TORQVATI. TASSI. POETAE
HEV. QVANTVM. IN. HOC. VNO. NOMINE
CELEBRITATIS. AC. LAVDVM
OSSA. HVC. TRANSTVLIT. HIC. CONDIDIT
BONIF. CARD. BEVILAQVA
NE. QVI. VOLITAT. VIVVS. PER. ORA. VIRVM
EIVS. RELIQA. PARVM. SPLENDIDO. LOCO
COLERENTVR. QVAERERENTVR
ADMONVIT. VIRTVTIS. AMOR. ADMONVIT
ADVERSVS. PATRIAE. ALVMNV. ADVERSVS
PARENTVM. AMICVM. PIETAS
VIX. AN. LI. NAT. MAGNO. FLORENTISS. SAEC. BONO
AN. MDXLIV
VIVET. HAVT. (sic) FALLIMVR. AETERNVM. IN. HOMINVM
MEMORIA. ADMIRATIONE. CVLTV

Ibi.

10.

Ibidem.

Humi.

D. O. M.

TORQVATI. TASSI

OSSA

HIC. IACENT

HOC. NE. NESCIVS

ESSES. HOSPES

FRES. HVIVS. ECCL

PP.

MDCI

OBIIT. ANNO. M. D. XC. V

12.

S. Silvestri in Quirinali.

Humi.

D. O. M.

MICHAELI. ET. FRANCISCO

QVARTINIS. BERGOMENSIBVS

PIETATE. VIRTUTE. AC.

MORIBVS. ORNATIS

BLASIVS. QVARTINVS. GERMANIS

SVIS. CHARISSIMIS. POSVIT

VIXIT. MICHAEL. ANNOS. XLIV

OBIIT. ANNO. MDCXXVII

DIE. XX. DECĒBRIS

FRANCISCVS. VIXIT. ANNOS. L.

OBIIT. ANNO. MDCXXX

DIE. XII. IVNII

11.

S. Petri in Monte Aureo.

Humi.

D. O. M.

IOAN. FIDENTIVS VERONENSIS

CVM PER ANNVM ROMÆ MAGNO

SVMPTV COMPARARET SACRAM

OMNEM SVPELLECTILEM AD ORNATV

EGREGII SACELLI A SE VERONÆ

FABRICATI ID SOLVM SPECTAVIT

VT D. FRANCISCI QVEM SVMMÆ

COLVIT SOLEMNIIS INTERESSET

NON OBTINVIT VIVVS INTERFVIT

DEFVNCTVS TVMVLATVS AD

VOTVM APVD MINORES HIC

IN VIGILIA D. FRANCISCI AN.

MDCXX.

FIORINVS FRATER GERMANVS

NON SINE LACHRIMIS FIERI

IVSSIT DIE XXII. MENS. IAN.

MDCXXI.

R

S. An.

13.

*S. Andreae de Valle.**Sepulchrum cum protome.*

D. O. M.

GASPARI COMITI THIENEO

CLARÆ NOBILITATIS SINGVLARIS PROBITATIS ET PRVDENTIE VIRO
MORVM SVAVITATE CVNCTIS SED PRINCIPIBVS APPRIME CARO

AD ARAM D. CAIETANI

INTER HOMINES CONSANGVINEI INTER COELITES PATRONI
EX TESTAMENTO POSVERVNTHERCVLES VICECOMES PROTHONOT. APOST. ET FERDINANDVS RAG-
GIUS

CAM. APOST. CLERICVS EXEC. TEST. AN. D. MDCLXXVI

14.

*SS. Faustini, & Jovitae.**Humi.*

D. O. M.

HIERONIMO RIPE BRIXIEN
VIRO IN OMNES BENEFICO
PRVDENTI CONSTANTI
INTEGROQVINQVAGINTA AMPLIVS
ANNOSIN ROMANA CVRIA
SVMMA CVM LAVDE VERSATO
ANTONIUS EX FRATRE NEPOS
TESTAMENTO HERES
MOERENS P.OBIIT ANNO .SAL. M. DC. XVIII
ETAT. LXXIX*S. Fræ-*

15.

S. Francisci ad Ripam.

Humi.

D. O. M.

VINCENTIO MANTIE VENETO ET
PATRVO BENEMERENTI
HIERONIMVS SIMON ET DOMINICVS
DE MANTIA
EX FRATRE NEPOTES ET HEREDES
SIBIQUE AC SVCCESORIBVS SVIS
POSVERVNT
ANNO DNI MDCCIX

16.

S. Bartholomaei Bergomen.

Humi.

D O M

CAROLO LODETTO HORATY FILIO
ANGELVS HAERES
FRATRI BENEMERENTI
SIBI POSTERISQVE SVIS

17.

Sancti Augustini.

Humi.

IA. RIZONIO. VERONENSI. OMNI
BVS. LABORIBVS. QVI MORTALI
CONTIGERE POSSVNT PERACT
IS HIERONVMVS ET BENEDICTV
S NEPOTES. PA. PIEN. F.

R 2

SINGV-

SINGULARES MINUTIORES
ET QUISQUILIAE.
CLASSIS DECIMASEXTA.

I.

*S. Laurentii in Damaso.**Humi.*

D. O. M.

LVCILLA PAMPHILIA
DE MARCHESIIS BRIX.
AVRITABRI (sic) ANN.
NATA SEX. MENS.
VNDECIM DIES
NOVEM NON SINE
LACRIMIS PONITVR
DIE XII. OCTOB. MDIV.

2.

*S. Mariae in Campo Sancto.**Humi.*

RENGRATIO O CIELO
E A TE PIETOSO SASSO
FRA VOI DIVISO AVETE
'L MIO CONFORTO
LVNO TENE LO SPIRITO
E L ALTRO I CORPO MORTO
LASSANDOMI DONGI BENE
PRIVO E CASSO
MA SCVSO L CIELO CHE SE
LI LAMENTI MEI

POTES-

CLASSIS XVI

CXXXII

POTESSE AQVI LOCHI ALTI
 SALIRE SO CHE A PIATA
 SARAN GIA MOSSI I DEI
 O SCVRA MORTE COME
 POI SOFRIRE COME ESERE
 DVRA POI SE IN MARMORE SEI
 MIRA CHE FACIO OMNIA
 ALTRA PIETA PRIVA
 ANDREA DI BOSSONI
 DA BERGAMO
 VISSIT (sic) ANNI XXXVI
 MCCCCXXI

3.

Sancti Marci.

D. O. M.

FRANCISCVS . ALBERTINAE . STIRPLS
 POSTREMVS . VERONAE . ORTVS
 SED . EXTRA . EAM . AB . A . MDLXX
 VSQVE . AD . INTERITVM
 ROMÆ . VT . PLVRIMVM . COMMORATVS
 VBI . TANDEM . CARNI . SVÆ
 HOC . SEPVLCHRVM . CONSTITVIT
 SPIRITVM . A . DEO . IMMISSVM
 IPSI . SVSCIPIENDVM . COMMENDANS
 IN . LVCEM . EDITVS
 D. V. APR. A. MDLV
 EX . EA . MIGRAVIT
 D. XX. OCT.
 A. MDCXVI

S. Hic

4.

S. Hieronymi de Charitate .
Humi .

IOANNI . DE . MARCHO . BVCHINI

VENETO . OBIT . ANN. DNI

M. D. LVIII

6.

S. Bartholomaei Bergom.
Humi .

D O M

IACOBI DE

ALBERTACCHIS

BERGOMENSIS

MONVMENTVM QVI

OBIT DIE SECVNDA

XBRIS . M. D. LXXIII

RAIMVNDVS

MAZZOLENVS

IVXTA ORDINEM

TESTAMENTI

INCONTINENTI

POSVIT

7.

S. Mariae de Horto .
Humi .

ANTONIO FILIO

IOVS (sic) PETRI

RONDI BRIXIAN

ENSIS VIXIT

ANNOS XVIII

MENSES IIII DIES

XIX OBIT DIE

III IVLII

MDLXXV

5.

S. Laurentii in Damaso .
Humi .

D. O. M.

HIC IACET D. VINCENTIVS

LVCHINVS . BRIXIEN . CVM

PHENICIA EIVS FILIA QVI

VIXIT ANN. XLIV. OBIT

MENSE AVGVSTI M. DLXIX.

8.

S. Bartholomaei Bergom.
Humi .

SVARDINO SVARDO CIVI

BERGOM. SPECTATE FIDEI

AC PIETATIS VIRO CONFRATERN

NATIONIS BERGOMENS

.

.

.

VIXIT ANN. PLVS MINVS

LXXVI. OBIT . DIE . XVI .

DECEMB. M. D. LXXV

ANNO IVBILEI

9.

S. Mariae in Vallicella .
In gyro orbicularis lapidis .

ATTILIVS RANDONIVS

VICENTIN.

LVDO . . . SIBI . POSTER.

POS.

AN. DNI

M. D. LXXXVII.

S. Ber-

10.

S. Bartholomaei Bergom.

Humi.

D. O. M.

ARCHANGELI VOCEM
IN TVMVLO
VIATOR EXPECTO
QVAESO PRO ME
PRECARI IAM MORTE
SOLVTO
IACOBVS PASSERA
DE GHIGNOLO
BERGOMEN
SEPTVAGENARIVS
OBIT D III NOVEMB
D (sic) MDLXXXIX

11.

S. Mariae de Populo.

Humi.

D. O. M.

PETRVS FAIDETTVS
BERGAM. ET POSTERI
HIC. IN. DOMINO
POLLICITAM. RESVRRECTIONE
EXPECTANT
XI. MAII MDCXXIII

13.

S. Bartholomaei Bergom.

Humi.

D. O. M.

LVCAS. DE VECCHIIS
BERGOMAS. HVMANAE
CONDITIONIS. MEMOR
HOC. SIBI. SVISQ.
POSTERIS VALENS
MONVMENTVM
POSVIT
AN. DÑI M. DC XXXI
VIATOR
IN. FVTVRVVM
TIBI PROSPICE

12.

*In ecclesia Hospitalis S. Joh.
in Laterano.*

Humi.

QVI GIACE

ANDREA CERRATI
VICENTINO
PORTASPESE DE
QVESTO HOSPITALE
MORSE ALLI XIV.
DI
LVGLIO MDCXXIII

14.

S. Mariae supra Minervam.

Humi, in gyro quadrati lapidis in cujus medio est nota temporis.

BARTHOLOMEVS
ROTA IOSEPH F
BERGOMENSIS
SIBI ET SVIS P.
MDCXXXVII.

S. Bar-

15.

S. Bartholomaei Bergomen.

Humi: (deest annus aetatis, & obitus.)

D. O. M.

LAVRENTIVS PALAZZOLVS
CIVIS BERGOMENSIS
SEXAGENARIO MAIOR
IMMORTALITATIS NON IMMOR
MORTALITATIS MEMOR
MONVMENTVM HIC SIBI VIVENS
SVISQ POSTERIS POSVIT
ANNO A CHRISTO NATO
M. DC. XLIII
OBIIT AETATIS SVAE ANNO
SALVTIS VERO

16.

Sancti Marci.

Humi.

D. O. M.

ALIBARDVS. DE. ALIBARDIS
A. CASTRO FRANCO
TARVISINAE. DIOEC.
OBIIT. ANNO. SAL
M. DC. LXXI
ETATIS. SVAE. VERO
LX.

17.

S. Martini ad Montes.

Humi.

D. O. M.

OSSA. CAROLI. BRAV. VENETI
QVI IN OPERIBVS. MISERICORDIAE
VITAM. TRANSEGIT. ET FINIVIT
ANNO D. M. DC. LXXVI. ETATIS SVAE LX

Sag.

Sanctae Mariae de Planctu.

Humi.

D. O. M.

CAROLVS DOMINICVS RIDOLFI PATRIA VENETVS
 HONESTO GENERE NATVS
 VIR PIETATE AC PRVDENTIA INSIGNIS
 PLVRIMA PRESTITIT AD DEI CVLTVM AMPLIFICANDVM
 ELECTVS IN PRIMOS PLVRIVM ARCHICONF̃TVM (sic) MODERATORES
 CREDITA SIBI NEGOTIA, CVM LIBENTER SVSCIPERET,
 TANTO FELICIVS TRANSEGIT
 QVANTO DILIGENTIVS ADMINISTRAVIT.
 OMNIVM ORDINVM HOMINES SIBI DEVINXIT.
 QVOD INFERIORES EXIMIA HVMANITATE SIBI ÆQVARET.
 PARES HVMLITATE X̃PTIANA SIBI ANTEFERRET
 SVPERIORES OBSERVANTIA SIBI CONCILIARET.
 ALIIS VIXIT NON SIBI
 VITAM OMNIVM VIRTVTVM GENERE ORNATAM.
 TRIENNIO ANTE MORTEM PROPTER EGREGIA MERITA
 AB ARCHICONF̃TE, QVAM IN VRBE VOCANT DEL PIANTO
 POSTQVAM ILLAM A TVRBIS DOMESTICIS VINDICARAT
 RENVTIATVS CVSTOS PERPETVVS OMNIVM SVFFRAGIIS
 CVM IAM TERTIVM CAMERARY
 TERTIVM IBIDEM CVSTODIS MVNERE FVNCTVS ESSET
 LONGO ET ATROCI MORBO CONFECTVS
 IN QVO MIRA EIVS CONSTANTIA ET PIETAS ENITVIT.
 OB. ROMÆ DIE XXIV. MEN. IVNII
 A. D. MDCCXII.
 AN. NATVS LIX. MEN. VIII. DIES X
 VIVENS HAC IN ÆDE SEPELIRI SE IVSSIT.
 IN QVA SIBI SVISQVE POSTERIS SEPVLCRVM EXTRVXERAT,

19.

*S. Mariae supra Minervam.**Humi.*

IO. DOMINICVS SCARELLVS

VENETVS

OBIIT DIE XV. AVGVSTI

MDCCXXIV.

ÆTATIS ANNORVM XVIII.

ORATE PRO EO.

20.

*S. Mariae in Vallicella.**Humi.*

D. O. M.

HYACINTHVS MARTINELLI VENETVS

SEPVLCRVM

SIBI ET FAMILIÆ SVÆ

VIVENS PARAVIT

ANNO DNI MDCCXXXVII

21.

*Ibidem.**Humi.*

D. O. M.

HIC IACET

IOANNES BAPTISTA SCOTTI

ROMANVS

THEODORI PATRITII BERGOMEN.

FILIVS

QVI OBIIT VIII. KAL. IANVARI

ANNO CIO. IO. CC. XXXVIII.

ÆTATIS SVÆ L. MENS. X. D. XXVIII.

H. M. H. S.

22.

*S. Bartholomaei Bergomen.**Humi.*

MAIORVM SEPVLCRVM

A VETERI BERGOMATVM ECCLESIA

HVC TRANSLATVM

SVMPITIVS ABB. IO. FRANCISCI

DOMINICVS BVGATA RESTAVRAVIT

ANNO MDCCXLV

23.

*SS. Vincentii, & Anastasii
prope fontem Trivii.**Humi.*

D. O. M.

IOANNES MARIA FEATVS

VICENTINVS

HIC REQVIESCIT

24.

*S. Bartholomaei Bergomen.**Humi.*

D. O. M.

SEPVLCRVM COMITVM

DE NIGRONIS

25.

*S. Mariae de Aracoeli.**Humi.*

..... TERTVLLO VENETO EIVSDEM FAMILIÆ CLAVDIAE

QVORVM DE VIRTUTE DVM FAMA.....

CVM INVIDIA CERTARET.....

INSCRI-

INSCRIPTIONES

ILLYRICAE CRETENSES ET CYPRIAE.

I.

*S. Mariae de Populo.**Nobile sepulchrum cum statua jacente.*

LVD. PODOCATHARO . CYPRIO . PRESB. T. S. AGATHAE . CARD. CAP-
PVTQVĒN

PHILOSOPHOR. ILLIVS TEMPESTATIS . DOCTISS. ET . ELOQVENTISS.
IN RE

ECCLESIASTICA . GVBERNANDA . MVLTOS . ANNOS . DIFFICILLIMIS
TEMPORIB. SVMMA . PRVDENTIAE . IVDICII . INTEGRITATIS . LAVDE
VERSATO . EIVSQ. ERGO . AMPLISS. DIGNITATIS . PRAEMIA . OPTIMIS
PATRV . QVIBVSQ. EXPOSTVLANTIB. ADEPTO . DIGNOQ. OMNIV
SENTENTIA MAIORA . ACCIPERE . QVI . MAXIMA . ESSET . CONSE-
CVTVS

VIX. ANN. LXXV

2.

*S. Augustini.**Speſtabile ſepulchrum cum imagine jacente.**In ipſa urna.*

VIS QVICVMQVE SACRV . POST
FATA RELINQVERE NOMEN
DVM VIVIS VITAE SIT TIBI
CVRA TVAE

Sub eadem urna.

GEORGIO BONAZVTIO CIVI AGIEN. EPISCOPO
MILOPOLIT. OB ADMIRABILĒ MOR. AC VITĒ
INTEGRITATĒ SINGVLARĒQVE ŌIVM DISCIPLINAR.
PERITIĀ A XYSTQ III. PONT. MAX. DIGNITATE

S 2

PON-

INSCRIP. ILLYR. CRETEN.

PONTIFICIA DECORATO. VIXIT. AN. LV. MEN. (sic)

V. OBIIT AÑO DÑI M. CCCC

HIERON. RVERE POS.

3.

*Sanctae Mariae de Populo.**Humi, lapis saeculi XV.*

DEO OPT. MAX.

QVEM NVLLVM LATVIT STVDIVM

VIS NVLLA LOQVENDI

VRNA TEGIT CELEBREM QVAM

TVLA NICOLEVM

HIC MERVIT POST TE CERTAS

HIERONYME LAVDES

ALTER HONOS ET SPES ILLYRIS

ORA TIBI

OCCIDIT AN VIVIT PRESVL PAR

CA IMPROBA VIVIT

NON TIMET VT RAPIAS PARVA

MODRVSA DECVS

FRANCISSA (sic) CONSOBRINO B. M.

TERTII ORD. S. F. RAGVSEA F.

4.

*SS. Trinitatis in Monte Pincio.**Humi, lapis oblongus imaginem lineis exhibens,
in cuius medio insculpta inscriptio.*

IO. STAPHILEO. TRAGVR. DELMATE. V. I.

DOCT. EPO. SIBENICEN. VNI. EX. ROTÆ

AVDITORIBVS. LOCVM TENEN. DOCTRINA

ET. INTEGRITATE. VIRO. CLARISS. IVSTITIÆQ

CVLTORI. OPTIMO. QVI. IN. ASSIDVIS. SEDIS

APLICE. LEGATIONIBVS. TOTVM. FERRE. ORBEM

PERA-

ET CYPRIAE.

CXLI

PERAGRAVIT . VITA . MORIBVS . BONISQ. ARTIBVS
EXEMPLARIS . CVIVS . AMARISSIMA . MORS . TOTAM
CVRIAM . AD . DEPLORANDVM . ADDVXIT . IO. LVCIVS
EP̄S . SIBENICEN . NEPOS . OBSEQVENTISS.
AVVNCVLO . MAXIMIS . CVM . LACRYMIS . ET . CORDIS
DOLORE . POSVIT . VIXIT . ANNIS . LVI . OBIIT . ANNO
SALVTIS . M. D. XXVIII. XI. K. AVGVSTI

5.

S. Hieronymi Illyricorum .

Humi .

D O M

PETRO VRSINO EX COMITIBVS PAPVEN
THOMÆ ARCHIEPI ANTIBAREN. SERVIE
PRIMATIS FRATRIS FILIO . PIETATE
IN DEVM . AMORE IN PATRIAM . OFFICIO
IN AMICOS . RARO . DOTIB. SACERDOTALIB^s
CHARITATE IN EGENOS . CASTIMONIA
PERPETVA . RARISSIMO . L. ANNVM
INNEVNTI (sic) IPSO XPI NATI SACRO DIE
MORTALIB ÆRVMNIS ABEVNTI
MDCXXIX
BENEDICTVS VRSINVS ALEXIEN.
EP̄VS PATRVELLI (sic) DE SE OPTIME
MERITO PP.

6.

Ibidem .

In pariete .

VRBANI VIII P. O. M. IVSSV
ECCLĪAM HANC TITVLAREM PETRI BAZMANY
S. R. E. CARD.
ET ALTARE DIE VIII MENSIS OCTOB. A. D. M. D. C. XXXIV.
IOANNES TOMCVS MARNAVITIVS EP̄VS BOSNEN.
CONGREGONE ILLYRICA PROCVRANTE
CONSECRAVIT

S. Mar-

7.

*S. Martini ad Montes .**In pariete laterali conventus .*

QVI VNIVERSAM CARMELITAR
 CONSOCIATIONEM SEPTEM ET
 TRIGINTA ANNOS, EXACTE
 MODERANS, DOCTRINIS EXCOLVIT
 MORIBVS ILLVSTRAVIT , FRATER
 NICOLAVS AVDECTVS CYPRIVS
 OMNIDERVDITIONE (sic) CLARVS,
 EIVSDEM ORDINIS PATER PRÆCI
 PVVS RELIGIONE PIETATEQVE
 DVCTVS, SVIS FRATRIBVS
 OMNI COMODO EIVS POSTHABI
 TO HOC COENOBIVM EXTRVI
 VOLVIT, ET SIMVL ABSOLVI.

M. D. LX.

FR. IO. BAP. FACTI MEMORIÃ POSVIT

8.

*Ibidem .**In pariete supra portam conventus .*

FRATER NICOLAVS AVDECTIVS CYPRIVS MEÆ
 CARMELITARVM FAMILIÆ INTER COETEROS MEN
 DICANTIVM ORDINES PRÆANTIQVISSIMÆ MAGIS
 TER GENERALIS MEOS ALVMNOS CIS VLTRAQ
 MARE ET ALPES IN NVMERVM PROVINCIARVM
 VIGINTI SEPTEM ET CONGREGATIONVM TRIVM
 DISTRIBVTOS REFORMAVIT DIV ETIAM SVSTINENS
 ET SEMPER ABSTINENS REDVXIT VT EIS OMNIA
 SINT COMVNIA NVNC VERO ÆDEM HANC EXCI
 SAM RESTITVIT M. D. LXI. XV. SEPTEMBRIS

Ibi.

9.
Ibidem.
Humi.

D. O. M.
REVER. PATRIS NICOLAI AVDETH CYPRII OSSA
EX D. MARIE TRASPŌTINE TĒPLO TRĀSLATA
DIE XVIII FEBRVARII M. D. LXXXVII
RECŌDITA HIC REQVIESCVNT
REXIT ORDINEM CARMELITICŪ ANNOS XL.
ET VITA FVNCTVS EST VI. DECEMB.
M. D. LXII
ANNVM AGENS LXXXII.

10.
S. Hieronymi Illiricorum.
Humi.

D. O. M.
COMVLO .COMVLEO. CLERICO. AC
NOBILI .SPALATENSI. VIRO. PIO. AC
RELIGIOSO
ALEXANDER. COMVLEVS. ABBAS. NONENSIS
PRIMVS. ARCHIPRESBITER. HVIVS. ECCLESIE
S. HIERONYMI. APOSTOLICA. LEGATIONE
QVINQVENNALI. PERFVNCTVS. AD. VRBEM
VNDE. A. CLEMENTE. OCTAVO. P. O. M.
AD. MAGNVN. MOSCOVIE. DVCEM. ALIOSQ.
PRINCIPES. PRO. RELIGIONE. CATHOLICA
FOEDEREQ. CONTRA. TVRCAS. INEVNDO
MISSVS. ERAT. REVERSVS. FRATRI. CARISSIMO
VITA. FVNCTO. MOERENS. POSVIT
ANNO. DOMINI. CIO. IO. XCIX
EODEM. ANNO. PETRO. COMVLEO. NEPOTI
EX. FRATRE. FILIO. HVIVSMET ECCLESIE
CANONICO. OPTIME. SPEI. ADOLESCENTI
IMMATVRA. MORTE. SVBLATO. IDEM.
ALEXANDER. RITE. PARENTAVIT. ET. HOC
EODEM. TVMVLO. CVM. PATRVO. INCLVSIT

Ibi-

11.
Ibidem.
Humi.

D. O. M.
OSSA
GEORGII LIGNICEI
CEDVLINI ABBATIS
M. D. C. XXVI.

12.
Ibidem.
Humi.

D O M
GEORGIO BLASCOVICH
DICTO LIBERALI. A. IELSA
QVARTO HVIVS ECCLĪE
ARCHIPBRO EXECVTORES
TESTAMENTARY POSVERE
ANNO SALVTIS
M. DCXXVI

13.
S. Mariae in Via.
Humi.

D O M
FABRITIVS FLATRVS
PRESBYTER NOBILIS CYPRIVS EX
REGIA METROPOLITANA CIVITATE
NICOSIA DÑVS CASTRI
CANONIC VE
MARIAE ROT
ARCHIPRESB.
FAMILIARIS
VIII. PONT.
PATĀ. BONO
CAPTIVIT.
BERT
ILIO
HVMA
COGIT
SEPVLT
D. V.

14.
S. Mariae Reginae Coeli.
Humi.

D. O. M.
GEORGII GRIPPARI ABBATIS
VITAM,
QVAM CYDONE IN CRETA PATRITIAM
HABVIT
ROMA MAGISTRA OPTIME ERVDIVIT
SAC. S. BASILICĒ LATERANEN. BENEFICIATVS
IN BIBLIOTHECA VATICANA SCRIPTOR
ET E^{MI} AC R^{MI} PALVTII DE ALTERIIS S. R. E. CAMERARI
NEC NON ALIORVM PVRPVRATORVM

A SE-

ET CYPRIAE.

CXLV

A SECRETIS DELATVS, NON OBLATVS
ITA CANDIDE SCRIPSIT
VT ATRAMENTI OBSCVRITATE
FIDEM DECORAUERIT SEMPER, DENIGRAUERIT NVNQVAM
SERAPHICÆ D. THERESIÆ ARDORIBVS
VT VENERATIONEM, QVAM VIVENS ORE EXHIBVIT
MORIENS CONTESTARETVR OPERE
SVOS HIC DEMANDAVIT CINERES COPVLARI
OBIIT ÆTAT. SVÆ LX. DIE XXIII SEPT. MDGXCIV

15.

S. Hieronymi Illyricorum.

Humi.

D. O. M.

PETRO BOSDARIO PROT. APLCO I. V. D.
PATRIT. ET CAN.^{CO} RAGVSINO VARIARVM
LINGVARVM NEC NON CONCILIORVM
ET SACRÆ ERVDITIONIS PERITISSIMO
MORVM SVAVITATE ET INTEGRITATE
VITÆ CONSPICVO PRINCIPIBVS VIRIS ÆQVE
AC POPVLARIBVS CHARO. POST PRÆCLARE
GESTA EPIDAVRI IN MVNERE GENLIS
VICARII ARCHIEPI RAGVSINI GENVÆ IN
LEGATIONE OB ANGVSTHS (sic) TEMPORVM
DIFFICILLIMA. ROMÆ IN PROMOVENDIS
PVBLICIS NEGOTHS RAGVSINIS APVD SVMM.
PONTIF. DE PATRIA OPTIME MERITO. ANNO
ÆTATIS XXXIX IN IPSO DIGNITATVM LIMINE
MORBI VI TERRIS EREPTO DESIDERIVM CHARI
CAPITIS NON SINE DOLORE
FERENTES FF. AMANTISS. FRATRI POSVERE
ANNO DÑI MDCLXXXV

T

Bi-

16.

Ibidem.

Humi.

D. O. M.

ILLYRICÆ NATIONIS IN VRBE PRÆSIDIBVS
IOANNI LVCIO NOBILI TRAGVRIENSI
QVI DALMATIÆ CROATIÆ PATRIAMQ: HISTORIAM
ILLVSTRAVIT ET CONSCRIPSIT

OB: III. ID: IAN: MDCLXXIX.

STEPHANO ABB: GRADIO PATRITIO RAGVSINO
BIBLIOTHECÆ VATICANÆ PRÆFECTO
S. INQVIsITIONIS CONSVLTORI

CHRISTINÆ SVECORVM REGINÆ ACADEMICO

OB: VI. NON: MAII MDCLXXXIII.

IOANNI ABB. PASTRITIO SPALATENSI
IN COLLEGIO VRBANO DE PROPAGANDA FIDE
THEOLOGIÆ POLEMICÆ LECTORI EMERITO
ACADEMIÆ DE CONCILIIIS INSTITVTORI

OMNIGENA ERVDITIONE EXOTICISQ: LINGVIS ORNATISS.

OB: XIII. KAL: APRIL: MDCCVIII.

GEORGIVS GEORGICÆVS SPALATENSIS

HVIVS TEMPLI ARCHIPRESB:

VIRIS PIETATE AC DOCTRINA CLARISS:

MON. D. S. POS. MDCCXL.

17.

Ibidem.

Humi.

D. O. M:

FRANCISCO GEORGICÆO SPALATENSI
PER ANNOS AMPLIVS L. TEMPLI HVIVS ARCHIPRESB:
A GEORGIO GEORGICÆO EP̄O VEGLEN. PATRVO SVO
HORTATV BENEDICTI CARD. ODESCALCHI

ROMAM MISSE

DOCTRINA PRVDENTIA RELIGIONE

EIDEM

ET CYPRIAE.

CXLVII

EIDEM CARD. INNOCENTIO INDE XI. ET ALEXANDRO VII
SVMME ACCEPTO

A CLEMENTE XI AD CONCILIANDVM. ROMANÆ ECCLĒ

RVTHENORVM IMP: TOTAMQ: GENTEM

ABLEGATO DESIGNATO

EPISCOPALI DIGNITATE

VEL QVOD VLTRO ET SEPVS OBLATAM RECVS AVERIT
DIGNISSIMO

DE ILLYRICA NATIONE PRÆCLARE MERITO

GEORGIVS GEORGICEVS EX FRAT: NEPOS ARCHIP: SVCCES:

PATRVO OPTIMO

VIRO MAGNANIMO INTEGERRIMO M. P.

OBIIT FERE NONAGENARIVS

PRID: ID: IAN: A. D. MDCCXXIX

18.

S. Mariae de Aracoeli.

In pariete, lapis oblongus cum imagine ex anaglypho.

D O M

CATHARINE REGINE BOSNENSI.

STEPHANI DVCIS SANTI SABBE, SORORI

ET GNERE HELENÆ, ET DOMO PRINCIPIS

STEPHANI NATÆ THOMÆ REGIS BOSNÆ

VXORI QVANTVM VIXIT ANNORVM LIII

ET OBDORMIVIT ROMÆ ANNO DOMINI

MCCCC, LXXVIII, DIE XXV. OTEOBRI (sic)

MONVMENTVM IPSIVS SCRIPTIS POSITV.

19.

S. Hieronymi Illyricorum.

Humi.

PAVLAE. NOBILI. BOSNENSI

REGINAM. VSQVE. AD

MOR. SECVTE. HELENA

T 2

CON-

CXLVIII INSCRIP. ILLYR. CRETEN.

CONSTANTISS. FORT.
SOTIA . MESTISS. F. C.
AN. SAL. MCCCCLXXIX
ID. OCTVB.

EODEM LAPIDE
SIMEONEM TETTAM SICENSEM I. V. D.
MIRE INTEGRITATIS VIRVM
IO. TOMCO . MARNAVICH . BOSNEN
AMICVS . TEXIT
MDCXXIII. V. ID. IANVARII

20.

Sanctae Mariae Majoris .

In pariete .

FANTINO TRAGVRINO EX DALMATIA
IVR. CONSVLTO PALATINAR. CAVSSAR
DISCEPTATORI GRAVISS. AEQVISSQ
EX COLLEGIO ROTAE DE C. APOSTOLICA OP. MERITO
ERVMNIS PERPETVIS
QVIS VITAM EXPETIVIT SENII EXORTEM
OLIVER CARRAPHA CARD. NEAPOLITANVS
P. C.
EX PIETATE AMICICIAQ (sic)
ANNO IVBILEI VII. KAL. NOVEMB. MCCCCLXXV.

21.

Sancti Hieronymi Illyricorum .

Sépulchrum cum protome .

PAVLO GOZZIO PATRITIO RAGVSINO
CVI POST ADOLESCENTIAM ROMÆ PRÆCLARE TRADVCTAM
SCHOLA VIVENDI FVIT ORBIS TERRARVM
NAM LVSTRATVS ITINERIBVS ORIENS ATQ. OCCIDENS
VBERIORIS SAPIENTIÆ CVPIDVM ERVDIVIT
MOX VARIIS GENTIVM LINGVIS ET MORIBVS INSTRVCTO
DIGNI-

DIGNITATEM AVXIT SENATORIVM IN PATRIA MVNVS
 ET CONSTANTINOPOLITANA LEGATIO
 DIFFICILLIMIS TEMPORIBVS LAVDABILITER OBITA
 TANDEM INTERMISSIS PVBLICIS CVRIS
 AD VRBEM REVERSO
 SIBIQ. ET MVNIS HONESTO VACANTI IN OTIO
 LONGIOREM SVÆ VIRTVTIS FRVCTVM
 INTEMPESTIVA MORS INVIDIT.
 ANNOS NATO XLVII ANNO SALVTIS MDCLX
 VLADISLAVS ET NICOLAVS
 FRATRI OPTIMO
 PP.

22.

Ibidem.

Humi.

D. O. M.

GEORGIO. BARAKOVIE. GENTIS
 A. BELA. IV. REGE. VNG. IN. REGNV. RESTITVTO
 MAGNA. PARTE. ENONEN. AGRI. DONATE
 SERO. NEPOTI
 PIO. V. PONT. CONTRA. TVRCAS. ADVERSIS. VVLNERIBVS
 ILLVSTRI
 MVSARVM. ILLYRICAR. AD. OCTVAG. ETAT: MIRO. CVLTORI
 TERTIA. ROMANA. PEREGRINAT. VITA. FVNCTO
 KAL: AVG: MDCXXVIII
 AMICITIE. VETERISQ. HOSPITH. IVRE
 IO. TOMATVS. MARNAVITVS
 PARENTAVIT

S. Ma4

23.

*S. Mariae supra Minervam.**Sepulchrum in pariete.*

D. O. M.

C. CANTACVSINAE FLORIDI
 CYPRIAE NOBILISS. PRISCIS
 MATRONIS QVOVIS LAVDIS
 GENERE COMPARANDAE
 VXORI CONCORDISS. ET SVAVISS.
 VIX. ANN. XXXVI. M. XI.
 ET ISABELLAE BELLAE FILIAE VNICAE
 DVLCISS. ET REVERENTISS.

SVIS DELITIIS

VIX. ANN. HA DOLOR VIII D. X.
 HECTOR LENGLES CYPRIAE
 NOBILITATIS TENVS RELIQVIAE
 AMISSO VNICO EXILII
 SOLAMENTO INFELICISS.

ET SIBI POSVIT

ANNO M. D. V. III. NON. IVLII

NVNC TVMVLO ET LACHRYMIS MOX MIXTIS OSSIBVS OSSA
 VOSQ. PER AETHEREAS PROSEQVAR VMBRA DOMOS

ΚΟΤΡΗΝ ΚΑΛΟΧΟΝ ΙΣΚΟΝ ΔΗ ΜΟΝΑ ΕΠΛΑΧΝ ΕΜΑ
 ΣΗΜΑ

KAME ΔΕΧΟΤΚ ΟΙΟΝ ΖΗΝ ΕΤΙ ΒΟΤΛΟΜΕΝΟΝ

24.

*S. Hieronymi Illyricorum.**Humi.*

D. O. M.

BLASIO VIDOEVICHNERENT.
 QVI OBIT PRID. NON. NOVEMB.
 CATHA. IO. GOIVNOVICHGFTIN
 VIRO. DILEC. P. QVÆ OBIENS VI
 KAL. MART. M. D. LXXXIIII. CVRANTE
 IO. MARIA. BELLINO ARIMINEN
 VIRO. SVO. HIC. COND. EST

S. Ma-

ET CYPRIAE.

CL

25.

S. Mariae de Planctu.

Humi.

D. O. M.

FRANCISCA MARTINA DE SPALLATRO
FOEMINA PVDICITIE INSIGNIS
HOC LAPIDE TEGITVR
CVIVS RELIGIONEM IN DEVM VIDVITATEM
XXVIII. ANNR. COLVISSE
COMPROBAVIT
IACOBVS PONCHIALLVS ROM. ETATIS LII
MATRI CARISS. ET
VIRGINIE BIGNIONÆ ROM.
VXORI AMANTISS.
IN AMORIS TESTIMONIVM HOC MONVMENTVM
POSVIT ANNO M. DC. XXXI
VIXIT MATER ANN. LXV
OBIIT DIE XXI. AVG. M. DC. XXI
VXOR VERO ANN. LXII
ET REQVIEVIT IN PACE
DIE XXVII. XBRIS M. DC. XXIX

26.

Sancti Hieronymi Illyricorum.

Sepulchrum in pariete.

IOANNI BOSDARIO RAGVSINO
SPEI OPTIMAE ADOLESCENTI
MODESTIA PIETATE COETERISQV. ANIMI BONIS
FAMAM CONTRA IMMATVRÆ MORTIS INVIDIAM
AD POSTEROS MERITO
DEODONVS BOSDARIVS EX FRANC. FRATRE NEPOTI CARISS. P. C.
OB. V. KL. APRIL. ANNO DÑI MDCLXVI. ETAT. SVÆ XVII

APPEN-

APPENDIX

INSCRIPTIONUM PRAETERMISSARUM.

AD CLASSEM PRIMAM.

1.

S. Mariae in Cosmedin.

In porticu.

CANONICIS. AB. EVGENIO. IV. AMOTIS.
 LEO X. PONT. MAX.
 DECORI. ET. VENVSTATI. ECCLESIE
 DIVINI. CVLTVS. AVGVMENTO
 ET. ANIMARVM. SALVTI. CONSVLENDO
 DISSOLVTA. VNIONE. AD. MONASTERIVM
 S. PAVLI. EXTRA. VRBEM. ALIAS. FACTA
 IN. COLLEGIATAM
 ET. IN. EA. VNVM. ARCHIPRÆBYTERVM
 QVI. PRINCIPALIS. SIT. DIGNITAS
 ET. IX. CANONICOS. TOTIDEMQVE PRÆBEN.
 AD. PRECES. INCLITI. POPVLI. ROMANI
 A. M. D. XIII. RESTITVIT
 ARCHIPR. ET. CANONICI. BENEFICII. MEM.
 A. M. DCLXXVIII. PP.

2.

S. Juliani nationis Belgicae.

In pariete.

TEMPLVM HOC ET XENODOCHIVM
 FLANDRICÆ GENTIS PIETATE
 DIVO IVLIANO
 ANNO SAL. DCCXIII. DICATVM
 A ROBERTO FLANDRIÆ COMITE
 RESTITVTVM CENSQVE ADAVCTVM ANNO M. XCIH
 SEDENTE EVGENIO IV SOLEMNI RITV CONSECRATVM

PRO.

PROVISORES
IN HANC NOBILIOREM FORMAM
EXORNARI CVRARVNT
ANNO A PARTV DEIPARÆ M. DC. LXXXI

AD CLASSEM SECUNDAM.

I.

S. Mariae supra Minervam.

In pariete.

DOM

BERNARDINO. HIERONIMI. F.
MAFFAEO. S. R. E. PRESB. CARD.
TT. S. KYRIACI IN. THERMIS
V. ANN. XXXIX. M. V. D. XX
OBIIT XVII. KAL. AVGVSTI
M. D. LIII

2.

Ibidem.

In pariete.

DOM

MARCO. ANTONIO. HIERONIMI. F.
MAFFAEO. S. R. E. PRESB. CARD.
TT. S. CALLISTI. V. ANN. LXI
M. XI. D. XXII. OBIIT XI
KAL. DECEMB.
MDLXXXIII.

3.

S. Mariae in Domnica.

In pariete.

BENEDICTVS PP. XIII

ORD. PREDICAT.

ECCLESIAM HANC A SE INSTAVRATAM

AC PRISTINO RESTITVTAM DECORI

VNA CVM PRINCIPE ARA

AD DEIPARÆ VIRGINIS NOMEN

SOLEMNI RITV CONSECRAVIT

ALTARIA DVO LATERALIA

VNVM

IN HONOREM GLORIOSÆ D. N. I. C. TRANSFIGVRATIONIS

PETRO EP̄O SABINEN. CARD. OTTHOBONO S. R. E. VICE CANCELLARIO

ALTERVM

AD MEMORIAM SACRI EIVSDEM REDEMPTORIS NR̄I BAPTISMATIS

NICOLAO HVIVS TITVLI PRESBYT. S. R. E. CARD. COSCIA

SANCTITATIS SVÆ IN ARCHIEP̄ATV BENEVENTANO COADIVTORE

EODEM TEMPORE DEDICANTIBVS

XVI. KAL. OCTOB. ANNI IVBILEI. MDCCXXV.

V

In Ora-

4.

*In Oratorio S. Mariae in Via.**In pariete.*

D. O. M.

HANC SACRAM EDEM

IN HONOREM

BEATÆ MARIE VIRGINIS

SANCTI PATRIARCHÆ IOSEPHI

IN HANC ORNATIOREM

ET AMPLIOREM FORMAM EXTRUXIT

SODALITAS

SSM̃I CORPORIS CHRISTI

AD CVLTVS DIVINI

ATQVE IN VIRGINEM PIETATIS

SANCTIVS INCREMENTVM

QVOD PIVM OPVS

SANCTISSIMVS PONTIFEX

BENEDICTVS XIII

VERBO ET EXEMPLO

LIBERALITER PROMOVENS

PRIMVM LAPIDEM

AD FVNDAMENTA IECIT

XIV KAL' APRILIS MDCCXXVII

PETRO CARDINALI OCTOBONO

EPO SABIN. ET STÆ ROM. ECCLÆ

V. CANCELLARIO PROTECTORE

ET NICOLAO PERELLIO APLCE

CAM. PRÆSIDE PRIMICERIO

ANNO DOMINI MDCCXXVIII

5.

*Sancti Laurentii in Damaso.**In choro minori, in pariete.*

BENEDICTO XIII. P. O. M.

QVOD

HVIVS BASILICÆ DECVS

AMPLISSIMIS BENEFICIIS ADAVXERIT

EXIGVA SED RARA POST OBITVM

GRA-

A P P E N D I X.

CLV

GRATI ANIMI SIGNIFICATIONE
CAPITVLVM ET CANONICI POSVERE
ANNVENTE PETRO CARD: OTTHOBONO
VICE CANC. EPIS. SAB. ET COMMEND.
CVIVS PRAECLARISSIMIS MERITIS
ACCEPTVM REFERVNT INCREMENTVM
ANNO SAL. MDCCXXX

6.

Sancti Petri in Vaticano.

In bibliotheca.

CLEMENS XII. P. M. CORSINVS
EXCIPiENDIS ET ADSErvANDIS IMPRESSIS CODICIBVS
TAM SVA LIBERALITATE
QVAM DONO CARDINALIS ANGELI MARIE QVIRINI
S. R. E. BIBLIOTHECARI
AD REI LITTERARIE
ET BIBLIOTHECÆ VATICANÆ INCREMENTVM COLLATIS
NOVISQVE ALIIS LIBRORVM ACCESSIONIBVS
INSIGNI AVLÆ HVIVS ADDITAMENTO
EIVSDEM BIBLIOTHECÆ SPATIA LAXAVIT
ARMARIA PLVTEOSQVE CONSTRVXIT
ANNO DOMINI MDCCXXXII. PONT. III.

AD CLASSEM TERTIAM.

I.

S. Mariae Magdalenae in Campo Martio.

In pariete.

D. O. M.
ECCLESIAM HANC
PER CLER. REGVLARES MINISTRAN: INFIRMIS
VETERI DIRVTA A FVNDAMENTIS ERECTAM
IOANNES OTTHOBONVS ARCHIEP. NAZIAN.
SOLEMNI RITV CONSECRAVIT
PRIDIE NONAS MAII MDCCXXVII
ANNIVERSARIAMQ. FESTIVITATEM
DIE XX. OCTOBRIS PERAGENDAM DECREVIT

V 2

AD

APPENDIX. AD CLASSEM DUODECIMAM.

I.

S. Bartholomaei nationis Bergomatum.

In sacratio .

D O M

VEN. SODALITATEM SS. BARTHOLOMÆI ET ALEXANDRI NATI
ONIS BERGOMEN. A PAVLO III. ERECTAM ANNO MDXXXVIII. IN AN-
TIQVIS

SIMA ECCLESIA S. MACHVTI A PIO IV. VARIIS AVCTAM PRIVILE-
GIIS ET IN

DVLGENTIIS PRÆSERTIM IVBILÆO IN FESTIS ET PER OCTAVAM
SS. BAR

THOLOMÆI ET ALEXANDRI A PAVLO V. ANNO MDCXVI. ITERVM
APPROBATAM ET CONFIRMATAM BENEDICTVS XIII. P. O. M. ORD.
PRÆDIC.

AD MAIVS VRBIS ORNAMENTVM ET SODALITATIS IPSIVS DECVS IN
HANC ECCLESIAM PRIVS SVB TITVLO S. MARIE PIETATIS MODO S. M.

ET SS. BARTHOLOMÆI ET ALEXANDRI CVM OMNIBVS PRIVILE
GIIS ET INDVLGENTIIS TRANSFERRI IVSSIT ANNO DOMINI
MDCCXXIX

2.

S. Mariae de Consolatione .

Humi .

D. O. M.

DOMINICO . STELLAE . CI. RO.

VIRO . FRVGI

CVBICVLARIO . APOSTOLICO

CONSTANTIA GLORIERIA

IVLI COCEIANI . F. EX . CATHERINA

SORORE . NEP. HERES . POS.

ANNO . SALVTIS . M. D. XCIII

AD CLASSEM DECIMAMTERTIAM .

I.

S. Mariae supra Minervam .

In pariete , locus vacuus pro imagine Isabellae .

VIXIMVS VNANIMES DISIVNCTI FVNERE RVRSVS

INCIPIMVS VITA NOBILIORE FRVI

ET

APPENDIX.

CLVI

ET QVERIMVR MORTALE GENVS POST FATA SVPERSTES
VIVIT NOSQVE ASTRIS ADDIDIT VNVS AMOR.
SIC QVOQVE PERFICITVR FLAMMIS NON LAEDITVR AVRVM
ET PHÆNIX LETHI NESCIA LAETA PERIT

Imago Galeatii .

D. O. M.

GALEATH ELEPHANTVCCII
PATRITH BONONIENSIS
ISABELLAE DE COMIS PATAVINAE
OPT. PARENTVM MEMORIAE
MARTIVS ELEPHANTVCCIVS FILIVS F. G.

2.

Ibidem .

Humi .

D. O. M.

GALEATIO
ELEPHANTVCCIO
